38 In ſacramento ordinis, quo homo ad aliorum ſacramentorum diſpenſationem ordinatur, neceſſe eſt conferri gratiam gratum facientem, s. q. 35. 1. c.

39 In omnibus ordinibus imprimitur character, s. q. 35. 2. c.

40 Character ordinis præſupponit characterem baptiſmi, qui janua eſt omnium ſacramentorum, s. q. 35. 3. o.

41 Quamquam maxime conveniens ſit, ut qui ordinem ſuſcipiunt ſint confirmati, hoc tamen neceſſarium non eſt, s. q. 35. 4. c.

42 Non oportet ut qui majores ordines ſuſceperunt, minores prius habuerint, quamquam Eccleſia ſic ordinate ordines conferri ſtatuerit, ut prius minores, deinde majores ſuſcipiantur, s. q. 35. 5. o.

43 Bonitas vitæ ac conſcientiæ nitor neceſſaria ſunt ex divino præcepto ſuſcipientibus ordines ſacros, non tamen de neceſsitate ſunt ſacramenti, s. q. 36. 1. c.

44 Ea tantum ſcire oportet ordinatos, quæ ad ordinis ſuſcepti executionem conducant, s. q. 36. 2. o.

45 Non conſequitur aliquis ex merito vitæ aliquem ordinis gradum, s. q. 36. 3. c.

46 Infidelitatis criminis reus eſt, quicumque indignum ad ſacros promoverit ordines, s. q. 36. 4. o.

47 Mortaliter peccat quicumque in peccato mortali exiſtens, ſacros exequitur ordines, niſi hoc ex neceſsitate faceret, s. q. 36. 5. c.

48 Non unum, ſed plures oportuit in Eccleſia ſacros ordines eſſe, s. q. 37. 1. c.

49 Septem ſunt ordines, videlicet ſacerdotium, diaconatus, ſubdiaconatus, acolytorum, lectorum, exorciſtarum, & oſtiariorum, s. q. 37. 2. c.

50 Tres tantum ſunt ſacri ordines, ſacerdotium, diaconatus, & ſubdiaconatus, s. quæſt. 37. 3. o.

51 Conveniens ſingulis ſacris ordinibus aſſignatus eſt actus ſacerdoti, videlicet baptizare, confirmare, à peccatis abſolvere; diacono vero legere Evangelium, &c. s. q. 37. 4. c.

52 In ipſa calicis datione ſub certa verborum forma imprimitur ſacerdotalis character, s. q. 37. 5. o.

53 Ad Epiſcopos tantum pertinet omnes ſacros conferre ordines, ſicut ad eos etiam ſolos expectat confirmare, & virgines conſecrare, s. q. 38. 1. c.

54 Poſſunt Epiſcopi hæretici, & ab Eccleſia præciſi ſacros conferre ordines, ſicut & cętera ſacramenta, ordinati tamen ab illis, nullam ſuſceptorum ordinum exequutionem ſuſcipiunt, nec gratiam, s. q. 38. 2. o.

55 Mulieres cum ſtatum ſubjectionis habeant, ſacramentum ordinis nequaquam ſuſcipere poſſunt, s. q. 39. 1. c.

56 Pueri carentes rationis uſu non niſi ex Eccleſiæ ſtatuto impediuntur, ne ſacros ſuſcipiant ordines, quos tamen ſuſcipiunt ex vi ſacramenti, s. q. 39. 2. o.

57 Servi non poſſunt ad ſacros promoveri ordines, quos tamen ſuſcipiunt ſi eis adferantur, s. q. 39. 3. c.

58 Homicidæ á ſacris arcentur ordinibus ex Eccleſię præcepto, non autem neceſsitate aliqua ſacramenti, s. q. 39. 4. o.

59 Illegitime nati impediuntur à ſuſcipiendis ordinibus, præcepti potius, quam ſacramenti neceſsitate, s. q. 39. 5. c.

60 Mutilati aliquo membro notabilis infamiæ, vel quod ordinis executionem impediat, arcentur á ſacris ordinibus, s. quæſt. 39. 6. o.

61 Conveniens eſt, ut qui ſacros ſuſcipiunt ordines, tonſuram deferant, s. quæſt. 40. 1. c.

62 Corona non eſt ordo, ſed ad ipſum potius ordinatur, s. q. 40. 2. o.

63 Clerici ſuſcipientes coronam non renunciant patrimonio, & aliis temporalibus rebus, s. q. 40. 3. c.

64 Oportuit in Eccleſia ſupra ſacerdotalem ordinem, Epiſcopi poteſtatem eſſe, á qua ſacerdos juriſdictionem ſuſciperet, s. q. 40. 4. o.

65 Epiſcopatus non eſt ordo, niſi ſecundum quod ordo officium quoddam eſt ad ſacras actiones, s. q. 40. 5. o.

66 Supra Epiſcopos in Eccleſia eſt ſuperior ſummi Pontificis, & Papæ poteſtas, quamquam Epiſcopi omnes æquales ſint, quoad ea quæ ad Epiſcopalem ordinem ſpectant, s. q. 40. 6. c.

67 Omnibus Eccleſiæ miniſtris ad divina exequenda officia, variæ ac multiplicis aptatæ ſunt veſtes, prout unicuique convenire judicavit Eccleſia á Spiritu Sancto edocta, s. q. 40. 7. c.

68 Ordo fratrum Prædicatorum habet cautiſsimam, & ſecuriſsimam formam profitendi, 22. q. 186. 9. ad 1.

1 Philoſophus dicit, neque fiſtulas ad diſciplinam eſſe adducendum, neque aliquod aliud artificiale organum, puta citharam, & ſi quid tale alterum eſt, ſed quæcumque faciunt auditores bonos, 22. q. 91. 2. ad 4.

2 * Organis vel inſtrumentis muſicis non eſt utendum in Eccleſia, quia hujuſmodi muſica magis animum movent ad corporalem delectationem, quam per ea formetur interius bona diſpoſitio; & ideo ſubtrahuntur in Eccleſia inſtrumenta muſica, ut á corporalibus retrahantur divinis laudibus mancipati, 22. q. 91. 2. ad 4.

3 In veteri autem teſtamento uſus erat talium inſtrumentorum, tum, quia populus erat magis durus, & carnalis; unde erat per hujuſmodi inſtrumenta provocandus, ſicut & per promiſsiones terrenas; tum etiam, quia hujuſmodi inſtrumenta corporalia aliquid figurabant, 22. q. 91. 2. ad 4. fin.

1 Origenes erravit, ſequendo opiniones Philoſophorum antiquorum; ideo ſecundum eum, angeli ſunt corporei, 1. quæſt. 32. 1. ad 1. & quæſt. 51. 1. ad 1. & 12. quæſt. 5. 4. c.

2 Fuit fons Arianorum, 1. quæſt. 34. 1. c. ad 1.

3 Origenes, & Arius dicunt, quod verbum in divinis dicitur tantum metaphorice, & non proprie, 1. q. 34. 1. ad 1.

1 Origo non ſignificatur ut aliquid intrinſecum, ſed ut via à re ad rem; ideo non poteſt eſſe primum diſtinctivum perſonarum in divinis, 1. q. 40. 2. o.

2 Ordo originis dupliciter convenit Deo, ſcil. reſpectu creaturarum, & reſpectu peſonarum divinarum, 1. q. 41. 1. ad 1.

3 Omnis origo deſignatur per aliquem actum, 1. q. 41. 1. ad 1.

1 Ornatus exterior eſt indicium conditionis humanæ; ideo exceſſus, & defectus, & medium ejus reducuntur ad virtutem veritatis, 22. q. 69. 1. ad 3.

2 In ornatu, & aliis exterioribus non eſt peccatum ſecundum ſe, ſed ex inordinato uſu, ſcil. vel contra conſuetudinem, vel ex intentione vanæ gloriæ, vel mollitiei, vel ſollicitudinis, vel negligentiæ, contra quæ eſt triplex virtus, ſcilicet humilitas, per ſe ſufficientia, & ſimplicitas, 22. quæſt. 169. 1. o. & q. 187. 6. c.

3 Mulier vel vir ornans ſe, ut provocet alios ad concupiſcentiam, peccat mortaliter; non autem ſemper ſi ornet ſe ex levitate, vel vanitate propter jactantiam, 22. quæſt. 169. 2. c.

4 Mulier poteſt ornare ſe licite, ut placeat viro ſuo, non autem mulieres, quę non habent virum, nec volunt habere, nec ſunt in ſtatu habendi, 22. q. 169. 2. o.

5 Ornatus pretioſarum veſtium in miniſtris altaris, vel in conſtitutis in dignitate, non eſt peccatum; quia fit ad gloriam Dei, & non ad gloriam ipſorum, 22. quæſt. 169. 1. ad 2.

6 Ars eorum, quibus homo poteſt bene, & male uti, eſt licita; ut ars faciens ornatus; niſi forte inveniendo ſuperflua, & curioſa, 22. q. 169. 2. ad 4.

7 Expoſitio literalis, figuralis, & moralis octuplicis ornatus pontificis legalis, & quadruplicis ornatus ſacerdotum, 12. quæſt. 102. 4. ad 9.

Oſculum ſecundum quod fit principaliter cauſa libidinis, eſt peccatum mortale, ſi ſit de mortali ex genere ſuo; non autem ſi ſit de veniali ſecundum ſuum genus, 12. q. 74. 10. o. & quæſt. 108. 3. ad 2. & 22. q. 154. 4. c.

1 * Oſee propheta excuſatur á fornicatione, quia debuit obedire præcepto Dei, 12. q. 94. 5. ad 2. & quæſt. 100. 8. ad 3. & 22. quęſt. 104. 4. ad 3. & quæſt. 154. 2. ad 2.

1 Ovis habet quatuor utilitates, ſcil. quia immolatur, paſcit, lac, & lanam dat, ideo furans ovem quatuor reddit, 12. quæſt. 105. 2. ad 9.

2 Oves, & hircos Ægyptii colebant, quia dæmones in eorum figura apparebant, 12. q. 102. 3. ad 2.

1 Oza erat tantum levita; ideo percuſsit eum Deus, quia tetigit arcam, quod ſolis ſacerdotibus licebat, 22. q. 33. 4. ad 1.

P

1 PActum cum dæmonibus initum, expreſſum, vel tacitum prohibetur primo pręcepto decalogi, 22. q. 122. 2. ad 3. item 3. 4. c.

2 Palpabile corpus dicitur ex duobus, ſcil. ex qualitatibus tangibilibus, & quod reſiſtat tangenti; primum deficit ipſis cęlis, ſecundum aeri, 3. q. 54. 2. ad 2.

2 Omne palpabile eſt corruptibile per naturam, licet ſit incorruptibile per gloriam, 3. q. 54. 2. ad 2.

1 * Panum converſio, & multiplicatio eorum facta per Chriſtum fuit per additionem materiæ noviter createę, 1. q. 92. 3. ad 1. item 3. q. 44. 4. ad 4.

1 Papa habet plenitudinem pontificalis poteſtatis, ſicut rex in regno; ſed Epiſcopi aſſumuntur in partem ſollicitudinis, quaſi judices ſingulis civitatibus prępoſiti, 1. q. 112. 2. ad 2. & 22. quæſt. 89. 9. ad 3. & quæſt. 72. 11. ad 1.

2 Poteſt abolere infamiam juris, ſed dicitur non poſſe, quia aliquando non expedit; vel intelligitur non poſſe, loquendo de infamia facti: vel loquitur de infamia irrogata per judicem civilem, ſicut dicit Gratianus, 22. q. 68. 4. ad 3.

3 Erroneum eſt dicere, Papam Vicarium Chriſti non habere univerſalis Eccleſię primatum, 1. q. 112. 2. ad 2. fin.

4 Leo Papa propria ſponte ſe ſubdidit judicio Imperatoris; & Chriſtus hominibus, 22. q. 64. 5. ad 2. & q. 67. 1. ad 2.

1 Parabola eſt ſententia habens obſcuram ſimilitudinem, 1. q. 1. 10. c. ad 3.

1 Paradyſus triplex, ſcil. terreſtris, cæleſtis. & ſpiritualis, ideſt, viſio Dei, 1. q. 102. 1. 6. item 22. q. 175. 3. ad 4. & 3. q. 52. 4. ad 3.

2 Ter-

tum ſecundum Chryſoſtomum nec in templo paſſus eſt, ſed in Calvaria, 3. q. 35. 7. *ad* 1. item q. 46. 10. c. item q. 83. 3. *ad* 1.

64 Paſsio Chriſti convenienter incipit à Judæis, & finita eſt à Gentilibus; ſicut etiam effectus ejus, 3. q. 47. 4. *o.*

65 Attribuitur ſuppoſito divino, non quidem ratione naturæ divinæ, ſed naturæ humanæ, 3. q. 46. 12. *o.*

66 Paſſus eſt non quidem ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco, omnes paſsiones; non quidem omnes ſecundum ſpeciem, ſed ſecundum genus tripliciter, ſcilicet ab omni homine, in omni re, & ſecundum omnem ſenſum, 3. q. 46. 5. *o.* & q. 48. 2. *c.*

67 Pater tradidit Chriſtum paſsioni ex charitate; ſimiliter ipſe Chriſtus, ut Deus & ut homo; ſed Judas ex cupiditate, Judæi ex invidia, Pilatus autem ex timore, 3. q. 47. 3. *c.* & 6. *ad* 2.

68 Paſsio Chriſti ut ſalvativa erat volita Deo & ſanctis; Judæis autem, ut erat afflictiva Chriſti, 3. q. 18. 5. *c.* & q. 47. 6. *ad* 3.

69 Fuit ei voluntaria, & ſubjecta ſuæ voluntati, 3. q. 46. 6. 9. *c.* & q. 47. 1. *o.*

70 Chriſtus & Mater ejus, & quilibet ſanctus volebat voluntate deliberata paſsionem Chriſti; licet voluntas naturalis diſſentiret, 3. q. 15. 6. *ad* 4. & q. 18. 5. *c.* & q. 23. 8. *ad* 5. & q. 47. 1. *o.* & 2. *c. ad* 2. & 6. *ad* 3.

71 Omnes actiones, & paſsiones Chriſti operabantur inſtrumentaliter, in virtute divinitatis, ad ſalutem humanam, 3. q. 48. 6. *c.* & q. 49. 1. *c.* fin. & q. 56. 1. *ad* 3.

72 Paſsio Chriſti, ratione divinitatis ejus, agit per modum efficientiæ; ratione voluntatis animæ ejus per modum meriti, & in carne Chriſti per modum ſatisfactionis, inquantum liberamur à reatu pœnæ, & á ſervitute culpæ, per modum redemptionis, & ut reconcilians nos Deo, per modum ſacrificii, 3. q. 48. 6. *ad* 3. & q. 62. 5. *c.*

73 Chriſtus per paſsionem ſuam meruit nobis ſalutem æternam, 3. q. 46. 3. *c.* & q. 48. 1. *o.* & 6. *ad* 3. & q. 49. 1. *c.* & q. 56. 1. *ad* 4. & 2. *ad* 4. & q. 61. 1. *ad* 2. & q. 62. 5. *o.*

74 Per paſsionem Chriſti omnia impedimenta ſalutis ablata ſunt, & omnia bona ſunt nobis data, quoad meritum, 3. q. 48. 1. *ad* 2.

75 Paſsio Chriſti habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita propter genus operis; non autem propter majorem charitatem, 3. q. 48. 1. *ad* 3. & q. 49. 6. *ad* 2.

76 Chriſtus per paſsionem ſuam meruit exaltari quadrupliciter, ſcilicet per reſurrectionem, aſcenſionem, ſeſsionem ad dexteram Patris, & judiciariam poteſtatem, 3. q. 49. 6. *o.*

77 Nullius peccati remiſsio, nec ſalus, poteſt fieri, niſi per paſsionem Chriſti, 3. q. 69. 1. *ad* 2. & q. 73. 5. *c.*

78 Una minima paſsio Chriſti ſuffeciſſet pro omni peccato, 3. q. 46. 5. *ad* 3. & 6. *ad* 6.

79 Chriſtus ſua paſsione nos à peccatis liberavit cauſaliter, ideſt, inſtituit cauſam, qua poſſent quęcumque & quandocumque peccata remitti, 3. q. 49. 1. *ad* 3.

80 * Paſsio Chriſti eſt cauſa univerſalis in remiſsione peccatorum, quam oportet ſingulis applicari, per baptiſmum, pœnitentiam, & alia ſacramenta, 3. q. 49. 1. *ad* 4. & q. 52. 2. *ad* 2. & 8. *ad* 2. & q. 61. 1. *ad* 2. & q. 62. 5. 6. *c.* & q. 69. 1. *ad* 3.

81 Eſt propria cauſa remiſsionis peccati tripliciter, ſcilicet provocando ad charitatem, redimendo, & inſtrumentaliter operando, 1. q. 56. 2. *ad* 4. & q. 79. 3. *c.* & 3. q. 49. 1. *o.* & 2. 3. *c.* & 4. *c. ad* 2. & 5. *c.* & q. 52. 3. *o.* & q. 56. 2. *ad* 4. & q. 62. 5. *c.* & q. 69. 1. *ad* 2. & *ad* 3. & q. 79. 4. *c.*

82 Per paſsionemChriſti liberati ſumus de poteſtate diaboli victi per humilitatem, obedientiam & pœnam Chriſti, & ſatisfaciendo pro culpa, fecit nos conjunctos, domeſticos, & filios Dei. Ideo paſsio ejus dupliciter habet rationem redemptionis, ſcilicet quia inquantum nos à poteſtate diaboli eripuit, dicitur nos redemiſſe: ſicut rex regnum occupatum ab adverſario per laborem certaminis; inquantum vero Deum nobis placavit, dicitur nos redemiſſe, ſicut pretium ſolvens ſatisfactionis pro nobis, ut à pœna, & à peccato liberaremur, 3. q. 48. 5. *o.* & 6. *ad* 3. & q. 52. 1. *c.*

83 Paſsio Chriſti, ut à voluntate ejus, fuit ſatisfactio pro omni peccato, etiam occidentium eum, non autem ut ab alio, ſecundum ſe, 3. q. 22. 2. *ad* 2. & 3. *c.* & q. 39. 5. *ad* 3. & q. 48. 2. *ad* 2. & q. 49. 4. *ad* 3. & q. 57. 6. *ad* 2. & q. 69. 3. *c.* & 7. *ad* 1.

84 Fuit quaſi pretium, per quod liberati ſumus à ſervitute diaboli, peccati, & pœnæ, 3. q. 48. 4. *c.*

85 Per paſsionem Chriſti liberati ſumus à peccato communi totius naturæ, quoad culpam, quoad reatum pœnæ, & à propriis peccatis ſingulorum, 3. q. 49. 5. *c.* & q. 52. 5. *c. ad* 2. & q. 86. 4. *ad* 3.

86 Sufficienter abſtulit peccatum originale, quoad perſonam, & quoad naturam, 3. q. 49. 5. *c.*

87 Chriſtus patiendo, omnia præcepta veteris legis moralia, ceremonialia, & judicialia implevit, 3. q. 47. 2. *ad* 1.

88 Nunquam ſine fide paſsionis Chriſti potuit eſſe ſalus, ideo ſemper oportuit eſſe aliquod repræſentativum ejus hominibus, 3. q. 73. 5. *c.*

89 Paſsio Chriſti efficienter operata eſt noſtram ſalutem, ut cauſa inſtrumentalis, ſed Deus ut cauſa principalis, 1. *q.* 48. 6. *o.* & *q.* 49. 1. *c.*

90 Eſt cauſa ſalutis omnium; ſed applicata eſt mortuis per deſcenſum Chriſti ad inferos, ſicut & vivis per ſacramenta, 3. *q.* 52. 1. *ad* 2.

91 Non ſalvat, niſi configuratos, 12. *q.* 85. 5. *ad* 2. & 3. *q.* 49. 1. *ad* 4. & 3. *ad* 2. & *ad* 3. & 5. *c.* & *q.* 52. 1. *ad* 2. & 6. 8. *c.* & *q.* 76. 2. *ad* 1. & 7. *ad* 2.

91 Per paſsionem Chriſti & per mortem ejus reconciliati ſumus Deo patri, 3. *q.* 48. 4. *c.* & *q.* 49. 2. *c.* & 4. *o.*

93 Tripliciter ſumus liberati de poteſtate diaboli, ſcilicet quia in quantum paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccatorum, inquantum nos Deo reconciliavit: & inquantum in paſsione Chriſti diabolus exceſsit modum poteſtatis ſibi traditæ à Deo, machinando in mortem Chriſti, qui non habebat meritum mortis, cum eſſet abſque peccato, 3. *q.* 48. 4. *c.* & *q.* 49. 2. *o.*

94 Dupliciter ſumus liberati á reatu pœnæ, ſcilicet vel directe, inquantum paſsio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatisfactio pro peccato humani generis; exhibita autem ſatisfactione ſufficienti tollitur reatus pœnæ; vel indirecte inquantum paſsio Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccati, in quo fundatur reatus pœnę, 3. *q.* 21. 3. *c.* & *q.* 48. 6. *ad* 3. & *q.* 49. 3. *c.* & *q.* 52. 5. *c.* & *q.* 86. 4. *ad* 3.

95 Paſsio Chriſti operata eſt noſtram ſalutem proprie, removendo mala, ſed reſurrectio ejus, inchoando bona & exemplariter, 3. *q.* 53. 1. *ad* 3. & *q.* 56. 1. *ad* 4. & 2. *ad* 4. & *q.* 62. 5. *ad* 3.

96 Chriſtus per paſsionem ſuam initiavit ritum Chriſtianæ religionis, 3. *q.* 62. 5. *c.* & *q.* 63. 3. *c.*

97 Per paſsionem ſuam aperuit nobis januam cœli, ſed per aſcenſionem ſuam introduxit nos in poſſeſsionem ejus, 3. *q.* 49. 5. *o.* & *q.* 79. 2. *c. ad* 1.

98 Per paſsionem ſuam conſecutus eſt gloriam reſurrectionis, non autem ex vi ſacrificii, quod offerretur per modum ſatisfactionis; ſed ex devotione, qua ex charitate humiliter paſsionem ſuſtinuit, 3. *q.* 22. 4. *ad* 2.

Paſtor Eccleſiæ & fundamentum ejus principaliter dicitur Chriſtus; ſecundario autem cæteri prælati, 3. *q.* 8. 6. *ad* 3.

1 Pater in divinis prius dicitur in Deo, quam de creatura, 1. *q.* 33. 2. *ad* 4.

2 Paternitas in Deo & creaturis non eſt ejuſdem rationis univoce, ſed analogice, 1. *q.* 31. 3. *ad* 3.

3 Pater prius dicitur perſonaliter, quam eſſentialiter, 1. *q.* 33. 3. *o.*

4 In divinis eſſentia eſt pater, ſi pater tenetur ſubſtantive, non autem ſi tenetur adjective, 1. *q.* 39. 5. *ad* 5. & 6. *c.*

5 Pater eſt magis proprium nomen perſonæ patris, quam genitor vel generans, 1. *q.* 33. 2. *o.* & *q.* 40. 2. *c.* & 3. *q.* 60. 7. *ad* 2. & *q.* 66. 5. *ad* 7.

6 Patres eodem, ideſt paternitate, eſt quis, & pater, 1. *q.* 40. 3. *ad* 2.

7 Paternitas eſt in angelis ſecundum actus hierarchichos; ſicut magiſter eſt pater diſcipuli, 1. *q.* 45. 5. *ad* 1.

Patres conſcripti dicebantur olim conſiliarii, quia ſcribebantur, 1. *q.* 24. 1. *c.*

1 Patientia dicitur dupliciter, ſcilicet habitus, & delectatio in actus ejus; primo modo eſt virtus, ſed ſecundo modo eſt fructus, 22. *q.* 136. 1. *ad* 3.

2 Patientia eſt virtus, conſervans bonum rationis contra triſtitiam, 12. *q.* 66. 4. *ad* 2. & 22. *q.* 128. *c.* & *q.* 136. 1. *o.* & 5. *c.*

3 Pati triſtia ad malum finem non eſt proprie patientia, ſed eſt duritia, 22. *q.* 136. 1. *ad* 2.

4 Patientia non eſt potiſsima virtus, ſed eſt inferior omni virtute theologica & cardinali, 12. *q.* 66. 4. *ad* 2. & 22. *q.* 136. 2. *o.*

5 Ad patientiam pertinet longanimitas & conſtantia, inquantum dilatio boni, quæ eſt longanimitas, & labor in continua executione boni habent rationem mali contriſtantis, 22. *q.* 136. 5. *c.*

6 Eſt radix & cuſtos virtutum, ſolum removendo prohibens, 22. *q.* 136. 2. *ad* 3.

7 Ut eſt virtus, non poteſt haberi ſine charitate & gratia, 22. *q.* 136. 3. *o.*

8 Eſt in concupiſcibili ſubjective, 22. *q.* 136. 4. *ad* 2.

9 Actus patientiæ in patria non eſt ſuſtinere, ſicut eſt in via; ſed eſt frui bonis acquiſitis per eam, 22. *q.* 136. 1. *ad* 2.

1 Paulus erat inſtructus in propria lingua, quoad ſupperaddita per artem humanam ad ornatum, & elegantiam locutionis; non autem in lingua aliena, 22. *q.* 176. 1. *ad* 1.

2 In ſua converſione habuit voluntatem actualem contrariam gratiæ, ideo celebratur ut miraculoſa, 12. *q.* 9. 6. *ad* 3. fin. item *q.* 112. 2. *ad* 2. & *q.* 113. 10. *c.*

3 In ſua converſione vidit Chriſtum corporaliter, 3. *q.* 57. 6. *ad* 3.

4 Præfert ſe & alios apoſtolos, Moyſi, 22. *q.* 174. 4. *ad* 3.

5 Vere ac juſte reprehendit Petrum in obſervatione legalium, quia cogebat gentes non quidem imperio, ſed ſuæ converſationis exemplo judaizare; quia ſecundum quod Leo Papa dicit, validiora ſunt exempla, quam verba, 12. *q.* 103. 4. *ad* 2. & 22. *q.* 33. 4. *ad* 2. & *q.* 43. 6. *ad* 2.

6 Allegat verbum Arati poetæ, ſcilicet

quam in appetitu intellectivo, 1. q. 20. 1. *ad* 1. & 12. q. 22. 3. *o.* & q. 141. 1. *c.* & 22. q. 58. 9. *c.* & 3. q. 15. 4. *c.*

17 Omnis motus appetitus ſenſitivi dicitur paſsio : & præcipue ille qui defectum ſonat, 12. q. 35. 1. *c.* & q. 41. 1. *c.*

18 In paſsionibus animæ eſt aliquid quaſi materiale, ſcilicet tranſmutatio corporis, & aliquid quaſi formale, ſcilicet ex parte appetitus, 1. q. 20. 1. *ad* 2. & q. 75. 3. *ad* 3. & 12. q. 22.2. *ad* 3. & q. 57. 4. *c.* & q. 44. 1. *c.* & q. 45. 3. *c.* & q. 48. 2. *c.*

19 In omni paſsione animę aliquid additur, vel minuitur à naturali motu cordis, 12. q. 24. 2. *ad* 2.

20 Paſsiones animę tanto vehementius impellunt, quanto magis ſequuntur inclinationem naturæ, 22. q. 155. 2. *c.*

21 * Nomina paſsionum animæ quandoque ſumuntur pro ſimplici operatione voluntatis, 1. q. 20. 1. *ad* 1. & q. 59. 4. *ad* 2. & q. 64. 3. *c.* & q. 82. 5. *ad* 1. & 12. q. 22. 3. *ad* 3. & 22. q. 18. 1. *c.*

22 Paſsio animæ, ut paſsio, habet principium ab exteriori, ſed ut eſt voluntaria, habet principium ab interiori, 3. q. 48. 1. *ad* 1.

23 Omnis paſsio animæ inclinat cum impetu in ſuum objectum, 22. q. 27. 2. *c.*

24 Objecta paſsionum animę ſe habent ad eam ut formæ, á quibus ſpecificantur; ideo quidquid eſt cauſa objectorum eſt & cauſa paſſionum, 12. q. 44. 1. *c.*

25 Anima dupliciter dicitur tota pati, ſcilicet ſecundum eſſentiam ſuam, ideſt corpore patiente & diſpoſito ad ſeparationem ab anima : & ſecundum omnes ejus potentias, 3. q. 46. 7. 8. *o.*

26 * Omnes paſsiones animæ reducuntur ad undecim ſpecies, ſcilicet ſex in concupiſcibili, ideſt amor, odium, deſiderium ſeu concupiſcentia, fuga vel abominatio, delectatio vel gaudium, dolor vel triſtitia; ſed aliæ quinque ſunt in iraſcibili, ſcilicet ſpes, deſperatio, timor, audacia, & ira, 12. q. 23. 4. *o.* & q. 25. 3. 4. *c.*

27 Paſsiones principales animæ ſunt quatuor, quarum duæ ſunt finales ſimpliciter, ſcilicet gaudium & triſtitia, & duæ finales in genere, ſcilicet ſpes & timor, 12. q. 25. 4. *o.* & q. 84. 4. *ad* 2. & 22. q. 123. 11. *ad* 1. & q. 144. 6. *ad* 3.

28 Omnes paſsiones animæ reducuntur ad has quatuor principales, ſicut ſpecies ad genus; vel imperfectum ad perfectum; vel ſicut effectus ad cauſam; & participans ad participatum, 12. q. 25. 4. *c.* fin.

29 Paſsio animæ duplex, ſcilicet perfecta & imperfecta; tunc dicitur eſſe paſsio perfecta, per quam anima perturbatur, quando paſsio ſenſitivæ partis pertingit uſque ad immutandum rationem à rectitudine ſui actus, ſcilicet ut ſequatur paſsionem, & non habeat liberum arbitrium ſuper eam, 3. q. 46. 7. *ad* 3.

30 Potentiæ animę pati poſſunt dupliciter ſcilicet paſsione propria, ideſt, á ſuo objecto; & paſsione aliena, ideſt, ſui ſubjecti, 3. q. 46. 7. 8. *c.*

31 Cauſa paſsionum animæ aſsignari poteſt dupliciter, ſcilicet ex parte objecti, & ex parte ſubjecti, 12. q. 43. 1. 2. *c.* & q. 45. 3. *c.* & q. 46. 5. *c.*

32 Paſsiones animæ vincunt rationem tripliciter, ſcilicet diſtrahendo, inclinando in contrarium rationi, & ligando mutatione corporali, ſicut ſomnus & ebrietas ligant eam, 12. q. 77. 2. *o.* item 6. *c.*

33 Paſsio appetitus ſenſitivi non poteſt directe trahere, vel movere voluntatem, ſed indirecte dupliciter, ſcilicet per abſtractionem, & ex parte objecti impediendo judicium rationis per fortem imaginationem, 12. q. 77. 2. *o.* & 22. q. 156. 1. *c.* & 3. quæſt. 46. 1. *ad* 3.

34. Paſsiones diverſarum potentiarum differunt genere, quæ autem ſunt diverſorum objectorum ejuſdem potentiæ, differunt ſpecie tantum, 12. q. 23. 1. *o.* & q. 54. 1. *o.*

35 * In paſsionibus animę eſt duplex contrarietas, ſcilicet ſecundum diverſitatem objectorum, ideſt, boni & mali : & ſecundum acceſſum & receſſum ab eodem termino; prima tantum eſt in paſsionibus concupiſcibilis, ſed utraque eſt in paſsionibus iraſcibilis, 12. q. 23. 2. *o.* & q. 40. *o.* & q. 45. 1. *ad* 2.

36 Omnis paſsio iraſcibilis ſignificat motum tantum, ſed paſsionum concupiſcibilis quædam ſignificant motum, & quædam quietem, 12. q. 23. 4. *c.* & q. 25. 1. *o.* & 3. *c.*

37 Nomina omnium paſsionum animæ poſſunt ſumi dupliciter, ſcilicet abſolute, & ut recedunt à ratione; primo modo ſunt paſsiones; ſecundo autem modo ſunt vitia, 12. q. 45. 1. *ad* 1. & q. 59. 1. *ad* 2. & 22. q. 127. 1. *c.* *ad* 3.

38 Nomina paſsionum animæ quarum objectum eſt malum, aliquando ſignificant vitia, quarum objectum eſt malum, ut odium, ira, invidia, & audacia; quarum autem objectum eſt bonum, ſignificant virtutes, ut ſpes & amor, 22. q. 27. 1. *ad* 3.

39 Ordo omnium paſsionum animæ, 12. q. 25. *o.*

40 Omnis paſsio cujus objectum eſt bonum eſt naturaliter prior paſsione ſibi oppoſita, cujus objectum eſt malum, 1. q. 20. 1. *c.* & 12. q. 25. 2. 3. *c.* & 22. q. 141. 3. *ad* 1.

41 Omnis paſsio cujus objectum eſt bonum vel conveniens ſimpliciter, eſt in concupiſcibili; ſi autem objectum ejus eſt ut difficile vel arduum, ideſt cum determinatione quantitatis, eſt in iraſcibili, ſimiliter & oppoſitę harum, 12. q. 23. 1. *o.* & q. 25. 1. *c.* & q. 40. 1. *c.* & q. 46. 3. *c.*

42 Paſsiones iraſcibilis ſunt poſteriores paſſionibus concupiſcibilis, quę ſignificant motum, ſed ſunt priores iis, quę ſignificant quietem, 12. q. 25. 1. *o.* & q. 40. 1. *c.* & 22. q. 141. 3. *ad* 1.

43 Omnis paſsio iraſcibilis terminatur ad paſsiones concupiſcibilis, & incipit ab eis, 1. q. 81. 2. *c.* & 12. q. 23. 1. *ad* 1. & q. 25. 1. *o.* & 3. *c.* & q. 40. 1. 4. *c.* & q. 41. 2. *ad* 3. & q. 46. 3. *ad* 2. & q. 65. 1. *ad* 3. & q. 82. 3. *ad* 2. & q. 84. 4. *ad* 2. & q. 100. 5. *ad* 6. & 22. q. 41. 2. *ad* 1. & q. 118. 6. *c.*

44 Paſsionum animę quędam ſunt bonę, & quædam ſunt malæ, ſecundum ſpeciem ſuam, inquantum ſunt in genere moris, non inquantum ſunt in genere naturę, 12. q. 24. 4. *o.* & 22. q. 158. 1. *c.*

45 Paſsiones animæ, & motus membrorum inquantum imperantur à voluntate, vel non prohibentur ſunt bonæ vel malæ moraliter, non autem ſecundum ſe, 12. q. 24. 1. *o.* & q. 59. 1. *ad* 1. & q. 158. 2. *o.*

46 Paſsiones ſecundum quod ordinantur à ratione ſunt laudabiles, vel vituperabiles, non autem ſecundum ſe, 12. q. 24. 1. *ad* 3. & 2. *o.* & q. 45. 1. *ad* 1. & q. 50. 1. *c.* & 22. q. 35. 1. *ad* 1. & q. 125. 1. *o.* & q. 127. 1. *o.* & q. 158. 1. *c.* & 2. *c.* *ad* 1.

47 Omnis paſsio animæ, ſecundum Stoicos eſt mala : non autem ſecundum Peripateticos, 12. q. 24. 2. *c.* & q. 59. 2. 3. *o.* & 22. q. 123. 10. *c.* item q. 158. 1. *ad* 1. item 3. q. 15. 4. *ad* 2. & q. 46. 6. *ad* 2.

48 Omnis paſsio animæ ſecundum Stoicos, ſcilicet inordinata, tollit, vel diminuit bonitatem actus, ſed ſecundum Peripateticos aliqua, ideſt, moderata, auget eam; ſicut etiam actus membrorum, 12. q. 24. 3. *o.*

49. Præveniens judicium rationis, diminuit bonitatem actus, ſed conſequens per redundantiam eſt ſignum melioris actus; per electionem autem facit actum meliorem, 12. q. 24. 3. *ad* 1. & q. 77. 6. *ad* 2. & q. 79. 2. *ad* 3. & 22. q. 2. 10. *c.*

50 Præveniens judicium rationis, diminuit peccatum; ſequens vero auget peccatum, vel ſignificat auctum, 12. q. 24. 3. *ad* 3. & q. 47. 2. *c.* & q. 77. 6. *o.*

51 Totaliter tollens uſum rationis totaliter excuſat á peccato, niſi fuerit voluntaria in ſua cauſa, non autem alia, 12. q. 77. 7. *o.* & 8. *ad* 3.

52 Nulla inclinatio paſsionis vel habitus ita vehemens eſt, quod ei ratio non poſsit reſiſtere, ſi remaneat uſus rationis, 12. q. 10. 3. *c.* & q. 77. 7. 8. *c.* & q. 80. 3. *c.* & 22. q. 155. 3. *ad* 3. & q. 156. 1. *c.* & q. 175. 2. *ad* 2.

53 Anima Chriſti fuit paſsibilis dupliciter, ſcilicet paſsione corporali, & paſsione animali, ſicut anima noſtra, 3. q. 15. 4. *c.* & 10. *c.* *ad* 3.

54. Tota anima Chriſti, ſecundum eſſentiam, & ſecundum omnes potentias ejus, ſecundum quod ſunt in eſſentia animæ, patiebatur, non autem ex parte objecti, niſi potentiæ inferiores, 3. q. 46. 7. *o.*

55 Paſsiones in anima Chriſti non ferebantur ad illicita, nec præveniebant actum rationis, nec impediebatur judicium rationis, ſicut fit in nobis, 3. q. 15. 4. *o.* & 6. *c.* & q. 19. 2. *c.* fin. & q. 46. 7. *ad* 3. & q. 48. *c.* *ad* 2. & q. 49. 4. *ad* 3.

56 Paſsio Chriſti fuit bona ſimpliciter, & mala ſecundum quid, 3. q. 22. 2. *ad* 2. & q. 47. 3. *ad* 3. & 4. *ad* 2. & *ad* 3.

57 Acerbitas paſsionis Chriſti cauſabat in eo timorem, triſtitiam, & dolorem, 3. q. 7. 6. *o.* & q. 15. 7. *c.*

58 Paſsio Chriſti fuit neceſſaria, non quidem abſolute, nec ex coactione, ſed ex triplici fine, ſcilicet liberationis noſtrę, exaltationis Chriſti, & prædefinitionis Dei, 3. q. 46. 1. *o.*

59 Poſsibile fuit Deo liberare hominem ſine paſsione Chriſti, ſi non præſupponatur præſcientia ejus, 3. q. 46. 2. *o.* item q. 56. 1. *ad* 2.

60 Non fuit alius modus convenientior redemptionis noſtræ, quam per paſsionem Chriſti, 3. q. 46. 3. *o.*

61 Liberatio hominis per amiſsionem Chriſti fuit majoris miſericordiæ & juſtitiæ, quam ſi Deus remiſiſſet peccata ſine ſatisfactione, 3. q. 46. 1. *ad* 3.

62 Chriſtus fuit paſſus convenienti tempore, ſcilicet luna quintadecima, hora ſexta, in juventute, 3. q. 46. 9. *o.* & 10. *c.*

63 Paſſus eſt in loco convenienti, ſcilicet in Hieruſalem, quadruplici ratione, ſcilicet quia primo Hieruſalem erat locus à Deo electus ad ſacrificia ſibi offerenda, figurantia Chriſti paſſionem. Secundo, quia virtus paſsionis Chriſti ad totum mundum erat diffundenda, & Hieruſalem erat in medio terrę, unde dicitur umbilicus terræ. Tertio quia hoc maxime conveniebat humilitati Chriſti, quod in loco tam celebri confuſsionem pati non recuſavit. Quarto, ut oſtenderet à principibus populi exortam eſſe iniquitatem occidentium Chriſtum, quia principes in Hieruſalem morabantur. Et paſſus eſt extra portam triplici ratione, ſcilicet primo ut veritas reſponderet figuræ, qua vitulus & hircus pro peccato extra caſtra comburebantur. Secundo, ut per hoc daret exemplum nobis exeundi á mundana converſatione. Tertio, ne Judæi ſubtraherent ſacrificium ſalutare, ne putares pro illa tantum plebe oblatum

2 Terreſtris eſt locus corporeus in oriente, ut in nobiliſsimo loco, & interpretatur ortus, 1. *q.* 102. 1. *o.* & 22. *q.* 84. 3. *ad* 3.

3 Et eſt locus conveniens habitationi humanæ; quia habet aerem temperatum, & tenuiſsimum, & plantas ſemper floridas, 1. *quæſt.* 102. 2. *o.* & 4. *c.*

4 Et eſt vicinus terræ, ſecundum ſitum; ſed dicitur pertingere ad globum lunæ, ſecundum ſimilitudinem; quia in eo eſt perpetua temperies aeris, 1. *q.* 102. 1. *ad* 1.

5 Eva facta eſt in eo, ſicut etiam fuiſſent filii, niſi parentes peccaſſent; non autem Adam factus eſt in eo, ſed poſtea poſitus eſt in eo, 1. q. 102. 4. *o.*

6 Animalia bruta non habitant ibi, ſed diſpoſitione Dei adducta ſunt ad Adam in paradyſo; ſerpens vero operatione diaboli, 1. *q.* 102. 2. *ad* 2.

7 Adam convenienter eſt ejectus de eo propter peccatum, 22. *q.* 164. 2. *o.*

8 Per peccatum hominis clauſa eſt porta paradyſi terreſtris, in ſignum clauſionis januæ paradyſi cæleſtis, 3. *q.* 49. 5. *c.*

9 Paradyſus terreſtris non eſt fruſtra poſt peccatum hominis, quia oſtendit bonitatem Dei, & damnum peccati primi hominis, 1. *q.* 102. 2. *ad* 3. & 22. *q.* 164. 2. *ad* 4.

10 Non poteſt adiri propter impedimenta montium, vel marium, vel æſtuantis regionis; ideo non poteſt á nobis cognoſci, niſi per revelationem ſcripturæ, 1. *q.* 102. 1. *ad* 2. & *ad* 3. & 22. *q.* 164. 2. *ad* 5.

1 Paraſceves tempore non conſecratur eucharistia, quia ſignificat paſsionem Chriſti quæ tunc celebratur; tamen á ſacerdote ſumitur Corpus Chriſti ſine ſanguine propter periculum ne effunderetur, ſi reſervaretur, 3. *q.* 83. 2. *ad* 2.

1 Partes ſunt in quas materialiter dividitur totum, 3. *q.* 90. 1. *c.*

2 Pars triplex, ſcilicet integralis, ſubjectiva, & potentialis, & ſimiliter totum triplex, ſcil. integrale, univerſale, & poteſtativum, 1. *q.* 76. 8. *c.* & *q.* 77. 1. *ad* 1. & 12. *q.* 54. 4. *ad* 2. & 22. *q.* 48. *c.* & *q.* 80. *c.* & *q.* 120. 2. *c.* & *quæſt.* 128. & *q.* 143. *c.* & 3. *quæſt.* 90. 2. 3. *c.*

3 * Partes ſubjectivæ non ſunt de perfectione totius univerſalis, ſed eſt perfecte in qualibet ejus parte perfecta ratio ejus ſimul, & æqualiter, 3. *q.* 90. 3. *c.*

4 Pars integralis duplex, ſcilicet eſſentialis, & quantitativa, 1. *q.* 8. 3. *ad* 3. & 3. *q.* 90. 2. *c.*

5 Partes eſſentiales naturaliter ſunt materia, & forma; ſed logicæ ſunt genus, & differentia, 3. *q.* 90. 2. *c.*

6 Partes ſpeciei dicuntur, inquantum participant formam, & proprietates ſpeciei; ſed dicuntur partes materię, inquantum ſunt ex materia; ideo ſunt eędem ſecundum rem, & differunt ratione, 1. *q.* 119. 1. *ad* 2.

7 Partes ut ſpeciei ſemper manent, ſed ut materiæ ſemper fluunt, & refluunt, 1. *q.* 119. 1. *ad* 2.

8 Partes quantitatis ſunt partes materiæ, 3. *q.* 90. 2. *c.*

9 Ubicumque eſt multitudo ex parte materiæ, ibi eſt ratio partium, 3. *q.* 90. 1. *c.*

10 Aliqui per partem ſpeciei, vel per carnem ſecundum ſpeciem, intellexerunt id, quod primo accipit ſpeciem humanam, quod ſumitur á generante, & hoc dicunt ſemper manere, 1. *q.* 119. 1. *ad* 2.

11 Sed hoc eſt contra intentionem Philoſophi dicentis, quod ſicut in unoquoque habentium ſpeciem in materia, ita & in carne, hoc eſt ſecundum ſpeciem, & aliud ſecundum materiam, 1. *q.* 119. 1. *ad* 2.

12 Omnis pars eſt propter totum, & quodlibet individuum eſt propter ſuam ſpeciem, 1. *q.* 65. 2. *c.* & *q.* 70. 2. *c.* & 12. *q.* 90. 2. *c.* & 22. *q.* 62. 2. 5. *c.* & *q.* 65. 1. *c.*

13 Omnis pars eſt propter ſuum actum, & pars ignobilior eſt propter partem nobiliorem, ſicut ſenſus propter intellectum, & pulmo propter cor: & omnes partes ſunt propter perfectionem totius, ſicut & materia propter formam; partes enim ſunt quaſi materia totius, 1. *q.* 65. 2. *c.* & *q.* 70. 2. *c.*

14 * Una pars eſt in potentia ad aliam, ſicut materia ad formam; vel omnes partes ſunt in potentia reſpectu totius, 1. *q.* 3. 7. *c.*

15 Bonum totius eſt finis cujuslibet partium ejus, & bonum commune eſt finis ſingularum perſonarum in communitate, 22. *q.* 58. 9. *ad* 3. & *q.* 65. 1. *c.*

16 Bonitas cujuslibet partis eſt in proportione ad ſuum totum; nec totum poteſt bene conſiſtere, niſi ex partibus ſibi proportionatis, 12. *q.* 92. 1. *ad* 3. & 22. *q.* 47. 10. *ad* 2.

17 In quolibet toto neceſſe eſt eſſe unam partem principalem, & prædominantem, & formalem à qua totum unitatem habet, 22. *q.* 49. 6. *ad* 1.

18 Partibus potentialibus adeſt totum ſecundum totam eſſentiam ejus, non autem partibus integralibus; immo repugnat rationi eorum, 3. *q.* 90. 3. *c.*

19 Omnes partes integrales habent aliquem ordinem, ſcilicet vel ſitus, vel virtutis, vel temporis, 3. *q.* 90. 3. *ad* 3.

20 Una pars integralis poteſt continere totum virtualiter; ſicut fundamentum totum ædificium, non autem eſſentialiter, 3. *quæſt.* 90. 3. *ad* 2.

21 * Univerſalius eſt totum, & pars reſpectu minus univerſalis, 1. *quæſt.* 85. 3. *ad* 2.

22 Totum denominatur à proprietate partis, quando proprietas non poteſt convenire, niſi illi parti, 3. q. 168. *c.*

23 Partes totius heterogenei carent forma totius, ut multitudo, non autem in homogeneis, ut continuum, 1. q. 11. 2. *ad* 2.

24 * Eſſe totius non eſt eſſe alicujus partis ejus, 12. q. 14. 5. *ad* 2.

25 * In divinis eſt ratio totius & partis ſecundum rationem tantum, 1. q. 30. 1. *ad* 4.

26 Pars animæ dicitur dupliciter, ſcilicet potentia animæ, & pars potentiæ ejus, 3. q. 46. 7. *c.*

1 Participatum omne à ſuperioribus in inferiora, & omne ſuperius eſt formale, reſpectu inferiorum, 1. q. 75. 5. *ad* 4.

2 Omne quod eſt tale per participationem ſubditur ei quod eſt tale per eſſentiam & univerſaliter, 1. 69. 1. *c.*

3 Participans & participatum eſt poſterius eo, quod eſt illud per eſſentiam, 1. q. 3. 8. *c.* *fi.*

4 Omne quod eſt tale per participationem cauſatur ab eo quod eſt tale per eſſentiam, 1. q. 8. 1. *c.* & q. 44. 1. *c.* *ad* 1. & q. 61. 1. *c.* & q. 75. 5. *ad* 1. & q. 79. 4. c.

5 Creaturæ participant bonitatem Dei non quidem ſecundum partem, ſed ſecundum ſimilitudinem, & imitationem, 1. q. 75. 5. *ad* 1.

Parvificentia eſt vitium oppoſitum magnificentiæ, & eſt circa magnos ſumptus; ideo eſt minus vitium quam illiberalitas, 22. q. 135. 1. *o.*

1 Parvipenſio habet tres ſpecies, ſcilicet deſpectum, impedimentum voluntatis, & contumeliam, 12. q. 47. 2. *c.*

2 Signa parvipenſionis ſunt quatuor, ſcilicet oblivio, denuntiatio mali, gaudium de malo, & impedimentum voluntatis, 12. q. 47. 2. *ad* 3.

1 Paſcha dicitur quadrupliciter, ſcilicet agnus paſchalis, panes azymi, prima dies azymorum, & omnes ſeptem dies azymorum, 3. q. 46. 9. *ad* 1. & q. 74. 4. *ad* 1.

2 Expoſitio omnium quæ fiebant circa agnum paſchalem, 12. q. 102. 5. *ad* 2. & 3.

3 Paſcha celebrabatur menſe primo ad commemorandum beneficium liberationis ex Ægypto; & ſignificabat paſsionem & reſurrectionem Chriſti, 12. q. 100. 5. *ad* 2. & q. 102. 4. *ad* 10. & 5. *ad* 2.

4 Incipiebat in veſperis quartædecimę lunę, 3. q. 46. 9. *c.* *ad* 1. & q. 74. 4. *c.* *ad* 1.

5 Feſtum paſsionis & reſurrectionis Chriſti ſuccedit feſto paſchæ, 12. q. 103. 3. *ad* 4.

Paſsio dicitur dupliciter, ſcilicet improprie, ideſt omnis receptio; & proprie, ideſt cum objectione alicujus, & hoc dupliciter. Uno modo propriiſsime, quando ſcilicet aliquid removetur ab aliquo, quod convenit ſibi ſecundum naturam, aut ſecundum propriam inclinationem, ſicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, & cum homo ęgrotat aut triſtatur. Secundo modo minus proprie dicitur aliquis pati, ex eo quod aliquid ab ipſo abjicitur, ſive ſit ei conveniens, ſive non conveniens; & ſic dicitur pati non ſoli qui ægrotat, ſed etiam qui ſanatur; & non ſolum qui triſtatur, ſed etiam qui lætatur, vel quocumque modo aliquis alteretur vel moveatur, 1. q. 14. 2. *ad* 2. & q. 75. 2. *c.* item q. 79. 2. *c.* & q. 97. 2. *c.* item 12. q. 22. 1. *c.* item q. 41. 1. *c.*

2 De ratione paſsionis proprię dictæ eſt abjectio qualitatis naturalis, & impreſsio qualitatis extraneæ, & contrariæ, 12. q. 22. 1. *c.* & q. 31. 1. *ad* 3. & q. 35. 1. *c.* & q. 41. 1. *c.*

3 Pati cum abjectione & tranſmutatione eſt proprium materiæ; ideo non invenitur niſi in compoſitis ex materia & forma, 12. q. 22. 1. *ad* 1.

4 Paſsio duplex, ſcilicet realis, & intentionalis, ſeu ſpiritualis; ſecunda ſemper pertinet ad perfectionem patientis; ideo fuit in corpore Adę ante peccatum, 1. q. 95. 2. *ad* 2. & q. 97. 2. *c.* & 12. q. 22. 1. *o.* & q. 31. 1. *ad* 3. & q. 35. 1. *c.* & q. 41. 1. *c.*

5 Duplex, ſcilicet corruptiva & perfectiva, 1. q. 95. 2. *ad* 2. item q. 97. 2. *o.*

6 Omne quod patitur & movetur ab alio, diſponitur per actum agentis multiplicatum qualitate, quæ habitus nominatur, 12. q. 51. 1. *c.*

7 Ut qualitas cauſetur in paſsivo, oportet quod activum totaliter vincat paſsivum, 12. q. 51. 3. *c.*

8 Paſsio ad defectum pertinet, quia eſt rei ſecundum quod eſt in potentia, 1. q. 25. 1. *c.* *ad* 1. & 12. q. 22. 2. *ad* 1.

9 Improprie dicta, ſcilicet omnis receptio convenit omni enti in potentia, ideſt, cuilibet creaturæ, 12. q. 22. 1. *ad* 1.

10 Magnitudo paſsionis non tantum dependet ex virtute agentis, ſed etiam ex paſſibilitate patientis, 12. q. 22. 3. *ad* 2.

11 Paſsio ſumit ſpeciem ab actu qui eſt terminus motus, 12. q. 1. 3. *c.*

12. Duplex, ſcilicet paſsio innata, & paſſio illata, 3. q. 81. 4. *o.*

13 Paſsiones ſanctorum illatæ proſunt Eccleſię per modum exhortationis & exempli, non autem per modum redemptionis, 3. q. 48. 5. *ad* 3.

14 Paſsio proprie non conveniunt animæ, niſi per accidens, ſed ſoli compoſito corruptibili convenit per ſe; improprie vero convenit omni enti in potentia, 12. q. 52. 1. *o.*

15 Magis proprie eſt in parte appetitiva, quam in parte apprehenſiva, 12. q. 22. 2. *o.* & q. 41. 1. *c.* & 3. q. 15. 4. *c.*

16 Eſt magis proprie in appetitu ſenſitivo,

Genus Dei ſumus, & in ipſo vivimus, movemur, & ſumus, 1. *q.* 1. 8. *ad* 2.

7 Epiſtolę ejus, & Pſalmi David frequentantur in Eccleſia ad ſpem veniæ; & quia continent quaſi totam theologiam, 3. *q.* 83. 4. *c.* princ.

1 Paupertas ſpiritus includit duo, ſcilicet abdicationem temporalium rerum, quæ fit ſpiritu, ideſt propria volnntate per inſtinctum Spiritus Sancti; (ut Ambroſius & Hieronymus exponunt) & contritionem ſuperbiæ, ſecundum quod paupertas ſpiritus intelligi poteſt exinanitio inflati & ſuperbi ſpiritus (ut Auguſtinus exponit) 22. *q.* 19. 12. *c.*

2 Paupertas voluntaria commendatur, 3. *q.* 40. 3. *o.*

3 Eſt indicium maximæ humilitatis, 22. *q.* 19. 12. *c.* & 3. *q.* 40. 3. *ad* 3.

4 Chriſtus voluit eſſe pauper quadruplici ratione: primo, quia paupertas voluntaria convenit prædicatori; ſecundo ne videretur prædicare ex cupiditate; tertio ut nos faceret divites ſpiritualiter; quarto, ut virtus Dei major oſtenderetur, 3. *q.* 35. 7. *c.* & *q.* 40. 3. *o.*

1 Pax eſt tranquillitas ordinis, maxime in voluntate, 12. *q.* 70. 3. *c.* & 22. *q.* 29. *o.*

2 Non eſt virtus, ſed eſt effectus virtutis, ſcilicet charitatis, 22. *q.* 29. 3. 4. *o.*

3 De ratione pacis eſt duplex unio, ſcilicet diverſorum appetentium, & appetituum ejuſdem appetentis, & reſpectu ejuſdem appetibilis, 22. *q.* 29. *c.*

4 Includit concordiam, addens unionem ejuſdem appetentis, ultra unionem diverſorum appetentium, quam dicit concordia, 22. *q.* 29. 1. *c.*

5 Perfectio gaudii eſt pax, quoad duo importata per pacem, ſcilicet quoad quietem á perturbantibus, & quoad ſedationem à fluctuatione deſiderii, 12. *q.* 70. 3. *c.*

6 Pax reipublicæ eſt ſecundum ſe bona, & multo plura prohibet, ſcilicet homicidia, ſacrilegia, & hujuſmodi, quam occaſionentur ex ea, & plures bene ea utuntur, 22. *q.* 123. 5. *ad* 3.

7 Paci opponuntur multa vitia, ſcilicet diſcordia in corde, contentio in ore, ſchiſma, rixa, & bellum in opere, 22. *q.* 34. 37. 39. princ.

8 Chriſtus in ortu ſuo fecit pacem totius mundi, ut ſignificaret veram pacem, 3. *q.* 35. 8. *ad* 1.

9 Pax cauſatur ex juſtitia, ſubtrahendo occaſiones litigiorum, & tumultuum, 22. *q.* 29. 3. *ad* 3. & *q.* 180. 2. *ad* 2.

10 Omnia appetunt pacem, 22. *q.* 29. 2. *o.*

11 Pax perfecta eſt tantum in beatis, ſed imperfecta eſt in viatoribus, 22. *q.* 29. 2. *ad* 4.

12 Vera eſt tantum in bonis, & bonorum; apparens autem eſt in malis, 22. *q.* 29. 2. *ad* 3.

13 Vera non eſt in nobis ſine gratia gratum faciente, ſed tantum apparens, 22. *q.* 29. 3. *ad* 1.

1 Peccare eſt voluntate averti à Deo, 1. *q.* 104. 1. *c.*

1 Peccator dicitur dupliciter, ſcilicet propter peccatum præteritum, & propter propoſitum peccandi, 3. *q.* 68. 4. *c.*

1 Peccatum eſt actus devians ab ordine debiti finis, contra regulam naturę, rationis, vel legis æternæ, 1. *q.* 63. 1. *c.* & 12. *q.* 21. 1. *o.* & 2. *ad* 2. & *q.* 71. 6. *c. ad* 1. & *ad* 3. & *q.* 72. 1. *c. ad* 2. & 22. *q.* 162. 1. *c.* & *q.* 168. 4. *c.*

2 * Non eſt pura privatio, 12. *q.* 72. 1. *ad* 2. & *q.* 75. 1. *c. ad* 1. & *q.* 85. 5. *ad* 3.

3 Nihil aliud eſt, quam deficere à bono, quod convenit alicui ſecundum naturam ſuam, 12. *q.* 109. 2. *ad* 2. & 8. *c.*

4 Omnis defectus debiti actus habet rationem peccati, 22. *q.* 64. 1. *c.*

5 Nihil aliud eſt, ſecundum Auguſtinum, quam neglectis rebus æternis temporalia ſectari, 12. *q.* 71. 6. 3. *ad* 3. item 22. *q.* 104. 3. *c.*

6 Nihil aliud eſt quam utendis frui, & fruendis uti, ſecundum Auguſtinum, 12. *q.* 71. 6. 3. *ad* 3.

7 Eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam, ſecundum Auguſtinum, 12. *q.* 61. 6. *c.* & *q.* 76. 2. *ad* 1.

8 Omne quod eſt contra naturalem inclinationem eſt pecccatum, quia contrariatur legi naturę, 22. *q.* 133. 1. *c.* & *q.* 142. 1. *c.*

9 Eſt prævaricatio legis divinę, & cœleſtium inobedientia præceptorum, ſecundum Ambroſium, 12. *q.* 109. 4. *c.* & 22. *q.* 79. 2. 1. *ad* 1.

10 Eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod juſtitia vetat, 12. *q.* 71. 6. *ad* 2.

11 Omne peccatum eſt voluntarium, 12. *q.* 71. 5. *c.* & 6. *c. ad* 2. & *q.* 73. 6. *c.* & *q.* 74. 1. 2. 3. *c.* & *q.* 76. 3. *c. ad* 2. & *q.* 77. 6. *c.* & *q.* 80. 1. *c.* & *q.* 87. 2. *c.* & *q.* 88. 3. *ad* 1. & 22. *q.* 10. 2. *c.* & *q.* 34. 2. 4. *c.* & *q.* 46. 2. *ad* 2. & *q.* 64. 8. *c.* & *q.* 118. 4. *c.*

12 Ex hoc eſt aliquid peccatum, quia repugnat virtuti, 22. *q.* 107. 1. *c.*

13 In quolibet peccato eſt aliquid virtutis, quia non poſſunt ſimul corrumpi omnes circumſtantiæ virtutis, 12. *q.* 73. 2. *c.* fin.

14 Ratio formalis peccati duplex, ſcilicet ſecundum intentionem peccantis, ideſt illud ad quod convertitur, & ſecundum rationem mali, ideſt bonum á quo recedit; primum diverſificat ſpeciem peccati, non autem ſecundum, 22. *q.* 10. 5. *ad* 1.

15 Peccatum non dicitur univoce de omni peccato, ſed prius de actuali, quam de originali, & prius de mortali, quam de veniali, 12. *q.* 88. 1. *ad* 1. & 3. *ad* 1.

Du-

16 Duplex, ſcilicet peccatum actuale, & peccatum quaſi naturale, 3. *q.* 8. 5. *ad* 1.

17 Peccare contingit aliquem dupliciter, ſcilicet vel in ſe quoad actum peccati, vel in ſua cauſa, 22. *q.* 30. 1. *c.* & *q.* 150. 1. 4. *c.* & *q.* 154. 5. *o.*

18 * Peccatum duplex, ſcilicet occultum, & publicum; ſecundum eſt corrigendum publice, non autem primum, 3. *q.* 55. 1. *ad* 1.

19 Dupliciter contingit in actibus humanis, ſcilicet ex natura facti, ut in malis ex genere, & ex abuſu boni, 1. *q.* 48. 6. *c.*

20 Triplex, ſcilicet contra Deum, contra ſe, & contra proximum, 12. *q.* 72. 4. *o.*

21 Triplex, ſcilicet, cordis, oris, & operis, 22. *q.* 162. 4. *ad* 4.

22 Dicitur ſpeciale dupliciter, vel quia eſt circa ſpecialem materiam, vel propter ſpecialitatem actus extendentis ſe ad omnem materiam, ut omnia vitia circa actum rationis, 22. *q.* 54. 1. *c.* item *q.* 99. 2. *o.*

23 Duplex, ſcilicet carnale, & ſpirituale, primum perficitur in delectatione naturali, ideſt ſecundum tactum; ſecundum vero in delectatione animali, 12. *q.* 72. 2. *o.* & *q.* 73. 5. *c.* & 22. *q.* 118. 6. *c.*

24 Dicitur carnale dupliciter, ſcilicet ſecundum conſummationem, & originem; primo modo ſunt tantum gula, & luxuria; ſecundo autem modo omnia, 12. *q.* 72. 2. *o.*

25 In peccato ſunt duo, ſcilicet pronitas, & motivum; primum eſt plus in creatura ignobiliori, ſecundum autem in nobiliori, 1. *q.* 63. 7. *c.*

26 In quolibet peccato ſunt duo, ſcilicet materiale, ideſt ſubſtantia actus, & formale, ideſt inordinatio ejus, 12. *q.* 71. 6. *c.* & *q.* 72. 1. 8. *c.* & *q.* 75. 1. *c. ad* 1. & 4. *ad* 1. & *q.* 79. 2. *c.* & *q.* 87. 4. *ad* 3. & 6. *c.*

27 In uno peccato contingit eſſe multas deformitates, 22. *q.* 154. 1. *ad* 2.

28 In quolibet peccato neceſſe eſt eſſe defectum circa aliquem actum rationis, 22. *q.* 54. 1. *ad* 2.

29 Una ſpecialis ratio peccati poteſt eſſe in diverſis generibus peccatorum, inquantum ordinantur ad finem unius peccati, 22. *q.* 99. 2. *ad* 2. & 3. *ad* 2. & *q.* 107. 2. *ad* 2.

30 In peccato ſunt duo, ſcilicet inordinatio actus injurians Deum, & macula ſequens, 12. *q.* 87. 4. *ad* 3. & 6. *c.*

31 In quolibet peccato ſunt duo, ſcilicet macula culpæ, & reatus pœnæ, 3. *q.* 22. 3. *c.*

32 Peccatum in Spiritum Sanctum, eſt peccare ex electione mali, & tantum ex malitia, quæ eſt cum contemptu bonorum impedientium peccatum, 22. *q.* 14. 1. 3. 4. *c.* & *q.* 105. 2. *ad* 2.

33 In omni peccato generaliter contemnitur Deus in ſuis præceptis, ſed hoc peccatum, ut ſpeciale peccatum, eſt contemptus doni, quo homo retrahitur à peccato, non autem peccatum ſequens ex eo, 22. *q.* 118. 5. *ad* 3. & 3. *q.* 87. 4. *c.* fin.

34 * Illud peccatum dicitur generale, quod privat conditionem requiſitam in qualibet virtute, ſed hoc peccatum eſt ſpeciale, ratione ſpecialis contemptus, 22. *q.* 14. 1. *ad* 3.

35 Peccata differunt ſpecie ſecundum objecta; non autem ratione inordinationis; 12. *q.* 72. 1. *o.* & 2. *c.* & 3. 4. *o.* & 5. *ad* 1. & 8. *c.* & *q.* 73. 3. *c.* fin. & *ad* 1. & 4. *c.* & *q.* 79. 2. *ad* 3. item 22. princ. *q.* 39. 2. *c.*

36 Differunt ſpecie ſecundum fines, non autem ſecundum cauſas agentes, 12. *q.* 72. 3. *o.* & 22. princ.

37 In peccatis eſt duplex differentia, ſcilicet materialis, ideſt, ſecundum naturalem ſpeciem peccati, & formalis, ideſt ſecundum ordinem ad unum finem proprium, 12. *q.* 72. 6. *c.*

38 * Nullum quod eſt præter intentionem peccantis, dat ſpeciem peccato, 12. *q.* 72. 1. 7. *c.* & 3. *q.* 88. 4. *ad* 1.

39 * Circumſtantiæ non poſſunt aggravare peccatum in infinitum, 22. *q.* 110. 4. *ad* 5.

40 Diviſio peccati, in peccatum contra Deum, contra ſe, & contra proximum, eſt ſpecifica, quia eſt ſecundum objecta, 12. *q.* 72. 4. *o.*

41 * Peccata cordis, oris, & operis non differunt ſecundum ſpecies completas, ſed ſecundum gradus ejuſdem ſpeciei, 12. *q.* 72. 7. *o.* item *q.* 100. 5. 6. *c.* item 22. princ.

42 Non differunt ſpecie ſecundum pręcepta legis, quia non habent ſpeciem ex parte averſionis, ſed ex parte converſionis, 12. *q.* 72. 6. *ad* 2. & 9. *ad* 1. & *q.* 73. 1. *c.* & 22. *q.* 10. 5. *ad* 1.

43 Differunt ſpecie ſecundum ſuperabundantiam, & defectum, propter diverſa motiva, & ſunt contraria, 12. *q.* 72. 8. *o.*

44 Differentia peccati ſecundum mortale & veniale, vel ſecundum alios reatus, non eſt ſpecifica, 12. *q.* 72. 5. *o.* & *q.* 88. 1. 2. *o.*

45 Mortale differt à veniali in infinitum, ex parte averſionis, non autem ex parte converſionis, 12. *q.* 72. 5. *ad* 1. & *q.* 87. 5. *ad* 1.

46 Omne peccatum eſt in voluntate, ut in ſubjecto, 12. *q.* 74. 1. *o.*

47 Subjectum peccati duplex, ſcilicet primum & proximum. Voluntas eſt ſubjectum primum omnis peccati; proximum vero ſunt diverſæ potentiæ, 22. *q.* 10. 2. *c.*

48 Omnis potentia mobilis à voluntate poteſt eſſe ſubjectum peccati; licet principaliter ſit in voluntate, 12. *q.* 74. 2. *o.* & 3. *c.* & *q.* 83. 1. *c.*

49 Peccatum eſt in voluntate ut in cauſa, 12. *q.* 74. 1. 2. *o.* & *q.* 75. 3. *c.* & *q.* 80. 1. *c.*

50 Voluntas eſt per ſe cauſa actus peccati,

ſed

ſed per accidens cauſat ejus inordinationem, ideſt pręter intentionem, 12. *q.* 75. 1. *o.*

51 In quolibet volente ſub Deo poteſt eſſe peccatum voluntatis, ſi in ſua natura conſideretur, 1. *q.* 63. 1. *c.*

52 Peccatum non poteſt eſſe in voluntate, niſi cum ignorantia intellectus, 1. *q.* 63. 1. *ad* 4. & 12. *q.* 58. 2. *c.* & *q.* 77. 2. *c.* & 22. *q.* 20. 2. *o.* & *q.* 51. 3. *ad* 2. & *q.* 53. 2. *c.*

53 In actu liberi arbitrii contingit dupliciter, ſcilicet eligendo malum ex ignorantia, vel eligendo inordinate bonum ex inconſideratione, 1. *q.* 63. 1. *ad* 4.

54 Eſſentialiter conſiſtit in actu liberi arbitrii, 12. *q.* 77. 6. *o.*

55 Eſt in ratione dupliciter, ſcilicet errando circa illud quod poteſt & debet ſcire facta promulgatione, vel non regendo potentias inferiores, 12. *q.* 74. 5. 6. *o.* & *q.* 90. 4. *ad* 2. & *ad* 3.

56 Peccatum mortale & veniale poſſunt eſſe in ratione dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum quod regit potentias inferiores, 12. *q.* 74. 9. 10. *o.*

57 Peccatum moroſæ delectationis eſt in ratione dupliciter, vel deficiendo in directione interiorum paſsionum animi, vel in directione exteriorum actuum. Deficit autem in directione paſsionum dupliciter, primo imperando illicitas paſsiones, alio modo non reprimendo motus paſsionum illicitos, 12. *q.* 73. 8. *c.* & *q.* 74. 6. *o.*

58 Peccatum ipſius conſenſus in actum, eſt tantum in ratione ſuperiori, ſed conſenſus in delectationem poteſt eſſe in ratione ſuperiori, & inferiori, 12. *q.* 15. 4. *o.* & *q.* 74. 7. *o.* & 8. *ad* 1.

59 Non omnis motus ſenſualitatis primus, ideſt naturalis, eſt peccatum, 12. *q.* 74. 3. *o.*

60 Senſualitas tenet locum ſerpentis, quia inclinat ad peccatum, 1. *q.* 81. 1. *ad* 3, & 3. *ad* 1. & 12. *q.* 74. 3. *ad* 2. & 22. *q.* 165. 2. *b.* & 3. *q.* 18. 2. *ad* 3.

61 In ſenſualitate poteſt eſſe peccatum ſubjective, 12. *q.* 74. 3. *o.*

62 Poteſt eſſe peccatum veniale, non autem mortale, 12. *q.* 74. 3. *ad* 4. & 4. *o.* & *q.* 89. 5. *c.*

63 Obedire imperio rationis, & eſſe ſubjectum peccati convenit ſenſualitati hominis, non autem ſenſualitati bruti, 12. *q.* 74. 3. *ad* 3.

64 Peccatum actuale eſt in generativa, non ſicut in ſubjecto, ſed materialiter, inquantum concupiſcibilis motum ejus imperat, 12. *q.* 17. 8. *ad* 3.

65 Non poteſt eſſe in parte non obediente rationi, ſed bene infectio naturæ, 12. *q.* 83. 1. *c.* & 4. *ad* 1.

66 * Omnis voluntas ſub Deo poteſt ſecundum ſe habere peccatum, 1. *q.* 63. 1. *c.*

67 Chriſtus nullum habuit peccatum, 3. *q.* 14. 3. *o.* & *q.* 15. 1. *o.* & 5. *ad* 1. & *ad* 2. & *q.* 22. 4. *ad* 1.

68 Peccatum, ut eſt actus, habet cauſam per ſe, ſed ratione inordinationis habet cauſam per accidens tantum, 12. *q.* 75. 1. *o.* & 2. 4. *c.* & *ad* 1. & *q.* 77. 4. *c.*

69 Non omne peccatum fit ex contemptu, ſed quandoque ex ignorantia vel infirmitate, 22. *q.* 162. 8. *c.* *ad* 1. & *ad* 2. & *q.* 186. 9. *ad* 2. & 3. *q.* 78. 4. *c.*

70 Cauſa primi peccati non eſt malum, ſed bonum, ſcilicet voluntas cum abſentia alterius boni, ſcilicet regulæ rationis, vel legis divinæ, 1. *q.* 49. 1. *ad* 1. & *ad* 3. & *q.* 63. 1. *ad* 4. & 12. *q.* 75. 1. *c.* & *ad* 3. & 22. *q.* 163. 1. 2. *c.*

71 Non omne peccatum fit ex contemptu, ſed quandoque ex ignorantia vel infirmitate, ſed peccandi conſuetudo implicat Dei contemptum, 12. *q.* 105. 2. *ad* 9. & 22. *q.* 162. 2. *c.* *ad* 1. & *ad* 2.

72 Quod aliquis non poſsit vitare peccatum, poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet vel quia confirmatus eſt in malo, vel quia diu perſiſtere non poteſt quin ruat in peccatum, 12. *q.* 109. 8. *o.*

73 Principium peccati duplex, ſcilicet primum & univerſale, ideſt voluntas, & proprium & proximum, ſcilicet aliæ potentiæ, 22. *q.* 10. 2. *c.*

74 Voluntas eſt cauſa alicujus dupliciter, ſcilicet per ſe, ideſt imperando; & per accidens, ideſt non impediendo, vel non reprimendo cum poſsit, & ſic eſt cauſa peccati primorum motuum, 22. *q.* 154. 5. *c.* princ.

75 Propria & per ſe cauſa peccati eſt voluntas, aliæ vero cauſæ ſunt quaſi extrinſecæ, & remotæ, 12. *q.* 73. 6. *c.* & *q.* 80. 1. *c.* *ad* 3.

76 Nihil exterius eſt cauſa ſufficiens peccati, ſed tantum ſuadens vel movens appetitum ſenſitivum, 1. *q.* 115. 4. *c.* & 12. *q.* 73. 8. *ad* 3. & *q.* 75. 3. *o.* & *q.* 80. 1. 3. *o.* & 22. *q.* 43. 1. *ad* 3. & *q.* 73. 3. *c.* *ad* 2. & *q.* 115. 2. *ad* 1. & *ad* 2.

77 Aliquis poteſt ſufficienter impelli à dæmone in actum peccati, non autem in peccatum, 12. *q.* 80. 3. *o.*

78 Aliquis quandoque committit aliquod peccatum ſecundum effectum, & non ſecundum affectum, 22. *q.* 162. 2. *ad* 2.

79 Cauſa interior peccati duplex, ſcilicet proxima, ideſt ratio & voluntas; & remota, ſcilicet imaginatio, & appetitus ſenſitivus, 12. *q.* 75. 2. *o.* & 3. *c.* & 22. *q.* 10. 2. *o.*

80 Sciens peccat non conſiderando in particulari vel in actu quod ſit in univerſali vel in habitu, unde dicitur quis ex certa malitia, vel ex induſtria peccare, quaſi ſciente malum eligens, 12. *q.* 78. 1. *c.* fin.

Cau-

81 Cauſa peccati triplex, ſcilicet motivum, ideſt bonum apparens, defectus regulę, & perficiens; primum pertinet ad ſenſus & appetitum ſenſitivum; ſecundum ad rationem; tertium autem ad voluntatem, 12. *q.* 75. 2. 3. *c.*

82 Cauſa efficaciſsima peccati duplex, ſcil. amor bonorum temporalium, & timor pœnę, 12. *q.* 77. 4. *c.* *ad* 3.

83 * Propria & per ſe cauſa peccati eſt ex parte converſionis ad commutabile bonum, 12. *q.* 75. 1. *c.* & *q.* 77. 4. *c.* & 6. *ad* 1. & 8. *ad* 2. item *q.* 84. 1. *ad* 1.

84 Cauſa peccati triplex, ſcil. paſsio, habitus vitioſus, & falſa æſtimatio de particulari eligibili, ex paſsione, habitu, vel ignorantia, 22. *q.* 14. 1. *c.* fin.

85 Inclinans ad peccatum eſt duplex, ſcil. per ſe, ut habitus, & diſpoſitio ex peccato; & per accidens, ſcil. removendo originalem juſtitiam, ideſt peccatum originale. * Nec tamen debet dici quod peccatum originale ſit habitus infuſus, aut acquiſitus per actum, niſi primi parentis, non autem hujus perſonæ, ſed per vitiatam originem innatus, 12. *q.* 82. 1. *ad* 3. & 2. *ad* 2.

86 Omne peccatum contingit ex defectu ſcientiæ in univerſali, vel in particulari, in habitu vel in actu, vel ex intentione, vel occupatione, vel infirmitate, vel paſsione, 12. *q.* 77. 2. *c.*

87 Origo peccatorum attenditur ſecundum inclinationem ad finem quæ eſt ex parte converſionis, 22. *q.* 73. 3. *ad* 3.

88 Unum peccatum eſt cauſa alterius peccati in quadruplici genere cauſarum, ſcil. in genere cauſæ efficientis, materialis, finalis, & formalis, 12. *q.* 75. 4. *o.* & *q.* 84. *o.*

89 Unum peccatum poteſt oriri ex diverſis peccatis, ſed principalius, ex quo ſæpius conſuevit, propter propinquitatem ad finem ejus, 22. *q.* 72. 4. *c.*

90 Ex minori vitio poteſt oriri majus peccatum, ſicut ex ira homicidium & blaſphemia, 22. *q.* 73. 3. *ad* 3.

91 Homo non debet facere unum peccatum, ut vitet aliud peccatum, 22. *q.* 113. 1. *ad* 3.

92 Quia per operationes ſenſus homo pervenit ad actus rationis, ideo plures ſequuntur inclinationes naturæ ſenſitivæ, quam ordinem rationis; plures enim ſunt qui aſſequuntur principium rei, quam qui ad conſummationem perveniunt. Ex hoc autem vitia & peccata in hominibus proveniunt, quod ſequuntur inclinationem naturæ ſenſitivæ, contra ordinem rationis, 1. *q.* 49. 3. *ad* 5. & *q.* 115. 4. *c.* & 12. *q.* 71. 2. *ad* 3.

93 Natura humana magis corrupta eſt per peccatum, quoad appetitum boni, quam quoad cognitionem veri, 12. *q.* 109. 2. *ad* 3.

94 * Peccata hominum ſunt impedimenta humani boni, 1. *q.* 63. 2. *ad* 1. fin.

95 Peccatum cedit in bonum hominis, non quidem ſecundum ſe, ſed quia homo fit humilior, & cautior ex peccato ſuo & aliorum, 12. *q.* 87. 2. *ad* 1. & *ad* 2.

96 Privatio modi, ſpeciei, & ordinis, ut ſunt in bono virtutis & gratię, ſunt effectus peccati, non autem in aliis, 12. *q.* 85. 4. *c.*

97 Homo peccando recedit ab ordine rationis, ideo perdit dignitatem humanam, & incidit in ſervitutem beſtiarum, 22. *q.* 64. 2. *ad* 3.

98 In quolibet peccato eſt aliquid virtutis, quia non poteſt corrumpere omnes circumſtantias virtutis, 12. *q.* 73. 2. *c.* fin.

99 Peccatum ſingularis perſonæ non nocet, niſi ſibi, 3. *q.* 19. 4. *ad* 1. & *q.* 82. 6. *ad* 3.

100 Non nocet Deo, licet ſit contra Deum, 12. *q.* 21. 4. *ad* 1. & *q.* 47. 1. *ad* 1. & *q.* 73. 7. *ad* 2. & 22. *q.* 88. 2. *c.*

101 Tranſit actu, & manet effectu, ſcilic. reatus maculæ & offenſa Dei, 12. *q.* 109. 7. *c.* & *q.* 113. 2. *ad* 3. & 3. *q.* 62. 2. *ad* 2. & 5. *c.* item *q.* 89. 4. *ad* 1.

102 Vulnus quadruplex cauſatur in anima; primo ex peccato Adę, ſed conſequenter ex aliis peccatis, ſcil. infirmitas in iraſcibili, concupiſcentia in concupiſcibili, ignorantia in ratione, & malitia in voluntate, ad quæ ſequuntur alia duo, ſcilicet dolor & mors, 12. *q.* 85. 3. *o.* & 5. *c.*

103 Peccatum dupliciter deprimit, ſcilicet premendo ne videantur ſuperiora, ſed infima, & humiliando, 12. *q.* 87. 2. *ad* 1.

104 Homo per peccatum incurrit triplex detrimentum, ſcil. deordinationem mentis, reatum pœnæ, & debilitatem boni naturalis, 12. *q.* 109. 7. *c.* & 3. *q.* 22. 3. *c.*

105 Obligatio duplex cauſatur ex peccato, ſcil. ſervitus diaboli, & reatus pœnæ, 3. *q.* 48. 4. *c.* *ad* 3.

106 Gravitas peccati principaliter eſt ex objecto, ſeu fine, 12. *q.* 73. 3. *o.* & *q.* 4. 5. 9. *c.* & *q.* 74. 9. *c.* & 22. *q.* 64. 2. *ad* 1.

107 Gravitas & ſpecies peccati magis attenditur ex fine, quam ex materiali objecto, 22. *q.* 74. 2. *ad* 1.

108 Ratio principalis gravitatis peccati eſt ex averſione à Deo, 12. *q.* 73. 3. *ad* 2. & 5. *c.* & *q.* 77. 6. *ad* 1.

109 Quantitas peccati non menſuratur ex nocumento facto, ſed ex voluntate contra charitatem agentis, 22. *quæſt.* 13. 3. *ad* 1.

110 Gravitas peccati duplex, ſcilicet ex parte peccati, & ex parte peccantis ex majori contemptu, 22. *quæſt.* 94. 3. *c.* & *quæſt.* 116. 2. *ad* 2. & *q.* 142. 3. *c.* & 3. *quæſt.* 80. 5. *c.*

Du-

111 Duplex, ſcil. ſecundum ſpeciem, quæ eſt ex objecto, & ſecundum circumſtantiam, 22. q. 10. 3. ad 1. & q. 39. 2. c. & q. 136. 3. 4. c. & 3. q. 80. 5. c.

112 Defectus debitæ circumſtantiæ aggravat peccatum, & appoſitio ejus alleviat ipſum, 12. q. 73. 7. o.

113 Peccata verborum maxime ex affectu, & intentione loquentis penſanda ſunt, 22. q. 72. 2. c. ad 3. & q. 73. 2. c. & q. 75. 1. c. & q. 76. 3. c. fin.

114 Gravitas peccati triplex, ſcilicet ex materia vel objecto, ex parte peccantis, & ex effectu conſequente, 22. q. 148. 3. o.

115 Magis attenditur in abuſu rei, quam in amiſsione debiti uſus, 1. q. 48. 6. c. & 22. q. 155. 12. ad 4.

116 Gravitas peccatorum in proximum eſt per ſe ex majori nocumento, ſcilicet contra majus bonum, ſed per accidens ex deliberatione, 22. q. 34. 4. o. & q. 73 3. c. & q. 74. 2. c. & q. 154. 3. o.

117 Non omnia peccata ſunt æqualia in gravitate, 12. q. 73. 3. c.

118 Gradus quadruplex gravitatis peccati, ſcil. per paſsionem, ignorantiam, malitiam, & contumaciam, 12. q. 105. 2. ad 9. & 22. q. 162. 2. c. ad 1. & ad 2. item q. 186. 9. ad 3. item 3. q. 88. 4. c.

119 Peccata quæ conſiſtunt in actuali contemptu Dei, ſunt graviora peccatis, in quibus non eſt contemptus Dei, niſi ex conſequenti, & quaſi interpretative, 12. q. 73. 8. ad 2.

120 Peccatum in quo Deus in ſeipſo contemnitur, eſt graviſsimum; poſt, quo contemnitur in ſacramentis, præcipue in euchariſtia; tertio in membris ſuis, quod commune eſt omni peccato mortali, 22. q. 20. 3. o. & q. 21. 1. ad 1. & q. 39. 2. c. & q. 110. 2. c. & q. 148. 3. c. & q. 150. 3. c. ad 3. & 3. q. 80. 5. c.

121 Peccatum in Spiritum Sanctum eſt graviſsimum, 22. q. 13. 3. o. & q. 130. 2. o. & q. 133. 1. c.

122 Peccata oppoſita virtutis theologicis ſunt cæteris graviora, ſecundum genus ſuum, 22. q. 20. 3. o.

123 Quanto plus repugnat oppoſitæ virtuti, tanto eſt gravius, 22. q. 117. 2. c. & q. 119. 3. c.

124 * Maximum peccatum opponitur maximæ virtuti, principaliter & directe; ſed minimum extenſive, 12. q. 73. 4. o.

125 Omne peccatum opponitur prudentiæ, ſed non eſt graviſsimum, niſi opponatur in aliquo maximo, 12. q. 55. 2. ad 3. & q. 119. 3. ad 3.

126 Contra præcepta primæ tabulę ſunt cæteris graviora, 12. q. 110. 6. c.

127 Quanto voluntas eſt major vel finis pejor, tanto peccatum eſt gravius: in aliis autem cauſis peccati eſt oppoſitum, 12. q. 73. 6. c.

128 Gravitas peccati eſt major de majori bono quod corrumpitur, vel contemnitur; minor autem de majori bono quod amatur, 12. q. 100. 6. c. & 22. q. 39. 2. c. & q. 118. 5. c. ad 1. & q. 150. 5. c.

129 In quolibet genere peccati, gravius eſt quod fit ex habitu, quia fit ex majori libidine, 22. q. 156. 3. c.

130 Peccata carnalia ſunt minus gravia, licet turpiora quam ſpiritualia, 12. q. 73. 5. o. & 22. q. 116. 2. ad 2. & q. 142. 4. ad 2. & q. 144. 2. ad 4. & q. 154. 3. o. & q. 162 6. ad 3.

131 Gravius eſt peccare opere quam ore, & ore quam corde, 12. q. 110. 6. c. fin.

132 Nocere ſibi eſt gravius peccatum quam nocere proximis, in re non ſubjecta voluntati, ſcilicet in naturalibus vel ſpiritualibus; in aliis autem è converſo, 12. q. 73. 9. ad 2.

133 Nocumentum intantum vel prævilum, vel per ſe conſequens peccatum, aggravat illud directe, non autem ſi per accidens conſequatur, ſed imputatur ei ad pœnam, ſi dabat operam rei illicitæ, propter negligentiam conſiderandi, 12. q. 73. 8. o.

134. Peccatum aggravatur ex conditione perſonę, contra quam peccatur, tripliciter; primo ſi ſit conjuncta Deo virtute, vel officio; ſecundo ſi ſit ſibi conjuncta natura, vel beneficio, vel aliter; tertio ſi ſit conjuncta proximo, tangendo plures, ut perſona publica vel famoſa, 12. q. 73. 9. o. & 22. q. 58. 10. ad 3. & q. 61. 2. ad 3. & 8. c. & q. 63. 4. ad 2. & 65. 4. o. & 3. q. 80. 5. c.

135 Dignitas perſonæ peccantis non tranſfert peccatum in aliam ſpeciem, niſi ratione inobedientiæ, vel voti, & hujuſmodi, 12. q. 89. 3. c. & q. 110. 4. ad 5.

136 Excellentia perſonæ peccantis aggravat peccatum ex deliberatione, ſed alleviat peccatum ex ſurreptione, 12. q. 73. 10. o. & q. 89. 3. 5. c. & q. 202. 3. ad 11. & 22. q. 100. 1. ad 7.

137 Omne peccatum contra proximum eſt etiam contra Deum, 12. q. 73. 4. o. & 22. q. 105. 2. o.

138 Homo gravius peccat poſt dationem legis Moyſis, quam ante, 12. q. 98. 1. ad 2.

139 Gravius peccat in nova lege, quam in lege veteri, 12. q. 106. 2. ad 2.

140 Baptizatus gravius peccat quam non baptizatus, cæteris paribus, 12. q. 106. 2. ad 2. & 22. q. 10. 3. ad 3.

141 Clericus in ſacris plus peccat in eodem genere peccati quam religioſus non in ſacris, 22. q. 184. 8. c. fin.

Pecca-

142 Peccatum religioſi gravius eſt peccato ſæcularis tripliciter, ſcilicet ratione voti, ratione contemptus, & ratione ſcandali; in aliis autem eſt è converſo, 22. q. 186. 10 o.

143 Religioſus peccans ex contemptu, fit peſsimus, & maxime incorrigibilis, 12. q. 186 10. ad 3.

144 Delere peccatum formaliter convenit gratiæ, effective principaliter ſoli Deo, diſpoſitive inſufficienter puro homini, ſufficienter Chriſto, inſtrumentaliter ſacramentis, 3. q. 16. 11. ad 3.

145 Solus Deus remittit peccata per auctoritatem, homines autem per miniſterium, 3. q. 84. 3. ad 3.

146 Deus poteſt remittere peccata ſine pœna, 22. q. 67. 4. ad 2. & 3. quæſt. 46. 2. ad 3.

147 Homo peccando obligatus erat ad pœnam Deo, ſicut ſummo judici, ſed diabolo tamquam tortori; ideo debuit redimi Deo, & non diabolo, 3. q. 38. 4. ad 2. & ad 3.

148 * Omnia peccata in hac vita ſunt remiſsibilia, 1. q. 69. 2. c.

149 Peccatum quodlibet dicitur remitti quoad duo, ſcil. quoad culpam, & quoad reatum; & ſecunda remiſsio poteſt eſſe ſine prima, 3. q. 49. 1. c.

150 Per charitatem conſequitur veniam peccatorum, 3. q. 49. 1. c.

151 Ad remiſsionem cujuslibet peccati requiritur, quod totaliter dimittatur affectus ejus. Exigitur autem ad remiſsionem peccati mortalis perfectior pœnitentia; ut ſcil. homo actualiter peccatum mortale commiſſum deteſtetur, quantum in ipſo eſt, ut ſcil. diligentiam adhibeat ad remorandum ſingula peccata mortalia, ut ſingula deteſtetur. Sed ad remiſsionem cujuslibet peccati venialis requiritur quædam virtualis diſplicentia, 3. q. 87. 1. c.

152 Peccatum originale eſt habitus, ſcil. languor naturæ, ideſt, inordinata diſpoſitio ex diſſolutione harmoniæ originalis juſtitię, 12. q. 82. 1. o.

153 Eſt habitus corruptus, non pura privatio, quia dicit privationem originalis juſtitię, & inordinatam diſpoſitionem partium animæ, 12. q. 82. 1. ad 1.

154 Eſt habitus, quia eſt inordinatio naturę, non autem actuale peccatum, quia eſt inordinatio actus, 12. q. 82. 1. ad 2.

155 * Originale eſt peccatum naturæ, ſed actuale eſt peccatum perſonæ, 1. q. 100 1. c. & 12. q. 74. 3. ad 2. q. 80. 1. c. & q. 81. 1. o. & q. 82. 1. ad 2. & 3. q. 8. 5. ad 1.

156 Formale ejus eſt privatio originalis juſtitiæ; materiale vero eſt in concupiſcentia, ideſt inordinatio partium animæ, 12. q. 82. 3. o.

157 Si homo formaretur ex digito vel aliter ſine ſemine viri, haberet omnes defectus naturæ ſicut alii, ſed non haberet rationem culpæ vel pœnæ, 12. q. 81. 4. o.

158 Peccatum originale eſt voluntarium, per voluntatem Adæ tantum, 12. q. 80. 1. c. item q. 82. 1. ad 2. & 22. q. 108. 4. c. & 3. q. 84. 2. ad 3.

159 Habet novem nomina, ſcil. originale, fomes peccati, concupiſcentia, concupiſcibilitas, languor, tyrannus, lex peccati, lex carnis, & lex membrorum, 3. q. 23. 3. c.

160 Et eſt multiplex in virtute, quia virtualiter continet omnia peccata, 12. q. 82. 2. ad 1.

161 Et eſt unum numero in uno homine, ſed in omnibus eſt unum ſpecie, 12. quæſt. 82. 2. o.

162 Eſt æqualiter in omnibus hominibus, ſicut & relatio ad peccatum Adæ, & privatio juſtitię originalis, 12. q. 82. 4. o.

163 Et fuit in Adam ut in cauſa principali, in ſemine vero inſtrumentaliter; ſed in anima ſubjective, in carne autem ut pœna, non ut culpa, 12. q. 83. 1. o.

164 Prius eſt in eſſentia animæ, quam in potentiis ejus, 12. q. 83. 2. o. item 3. c.

165 Et prius eſt ordine naturæ in anima, quam in carne, ſed ordine generationis & temporis eſt é converſo, 12. q. 83. 2. ad 1. & 3. ad 3.

166 Et contrahitur in infuſione animæ rationalis, 12. q. 83. 1. ad 4. & 3. quæſt. 27. 1. ad 4.

167 Et prius inficit voluntatem, quam alias potentias, 12. q. 83. 3. o. & 4. ad 1.

168 Omnes defectus virtutum poſſunt reduci ad peccatum originale, inquantum includunt in carentia originalis juſtitiæ, quæ totam animam perficiebat, 22. q. 54. 1. ad 2.

169 Omnes potentiæ animæ ſunt corruptæ per illud, ſed quæ concurrunt ad generationem dicuntur etiam infectæ, ſcil. concupiſcibilis, generativa, & tactus, 12. quæſt. 83. 4. o.

170 Et traducitur ad omnes qui fuerunt in Adam, ſecundum rationem ſeminalem, non autem ad alios, 1. q. 100. 1. c. & 12. q. 81. 3. 4. o. & 3. q. 15. 1. ad 2. & q. 31. 1. ad 3. item 6. ad 1.

171 Caro Chriſti in patribus fuit obnoxia peccato originali, 3. q. 31. 1. ad 3. & 7. o. & 8. ad 3.

172 Secundum fidem catholicam eſt tenendum, quod primum peccatum primi hominis, ſcil. peccatum originale, originaliter tranſit in poſteros; contrarium autem eſt hæreſis Pelagiana, ut patet per Auguſtin. in plurimis ſuis libris, 12. quæſt. 81. 1. c. princ. item 3. c.

173 Secundum fidem catholicam firmiter eſt tenendum, quod omnes homines præter

ſolum

ſolum Chriſtum, ex Adam derivati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Alioquin non omnes indigerent redemptione, quæ eſt per Chriſtum, quod eſt erroneum, 12. q. 81. 3. c. princ.

174 Ideo non ſecundum fidem catholicam, ſed erroneum eſt dicere quod aliquis præter ſolum Chriſtum, fuerit ſine peccato originali, 12. q. 71. 3. c. & 3. q. 27. 2. c. ad 2.

175 Nec poteſt eſſe in aliquo cum veniali, ſine peccato mortali, 12. q. 89. 6. o. & 3. q. 90. 4. ad 3.

176 Infectio ejus nullo modo cauſatur à Deo; ſed ex ſolo peccato Adæ, per carnalem generationem, 12. q. 83. 1. ad 4.

177 Quoad culpam, eſt à patre; ſed quoad pœnalitates eſt à matre, 3. q. 70. 2. ad 4.

178 Habet duplicem proceſſum, ſcil. á carne ad animam, ſecundum ordinem generationis; & ab eſſentia animæ ad potentias ejus, ſecundum ordinem naturæ, 12. queſt. 83. 3. ad 2.

179 Cauſa peccati orrginalis eſt tantum una, ſcil. privatio originalis juſtitiæ, 12. queſt. 82. 2. c.

180 Libido habitualis, ſcil. fomes, eſt cauſa peccati originalis; non autem libido actualis, ſed eſt ſignum habitualis, 12. q. 82. 4. ad 3.

181 Perſona primo, ideſt in Adam, infecit naturam peccato originali; ſed in aliis hominibus eſt é converſo, 3. q. 8. 5. ad 1.

182 Perſona primo infecit naturam per peccatum originale. Secundo, natura infecit perſonam. Sed Chriſtus primo reparat perſonam, ſecundo naturam, 3. q. 69. 3. ad 3.

183 Peccatum originale corrumpit naturam, quantum ad id quod naturæ eſt; alia vero peccata, quantum ad id ſolum quod perſonæ eſt, 12. q. 81. 2. c. ad 3.

184 Adveniente gratia tranſit reatu, & manet actu quoad fomitem, 12. q. 74. 3. ad 2. item q. 81. 3. ad 2.

185 Eſt minus voluntarium quocumque peccato actuali, 3. q. 1. 4. c.

186 Peccatum originale reſpectu naturæ eſt gravius veniali, ſed reſpectu perſonę eſt é converſo, 3. q. 1. 4. c. ad 1.

187 Peccatum veniale dicitur tripliciter, ſcil. ex cauſa, eventu, & genere, 12. q. 77. 8. ad 1. & q. 88. 2. o.

188 Peccatum dicitur veniale ex cauſa, ſecundum quod privat vel diminuit voluntarium per ignorantiam vel impotentiam, 12. q. 77. 8. ad 1. item q. 88. 2. c.

189 Non habet ſimpliciter & perfecte rationem peccati, ſed eſt quaſi diſpoſitio ad illud, 12. q. 88. 1. ad 1.

190 Et contingit ex corruptione fomitis, 12. q. 89. 3. c.

191 Et contingit ſemper vel propter imperfectionem actus, vel propter inordinationem circa ea quæ ſunt ad finem, & utrumque propter defectum ordinis, 12. q. 72. 5. c. & q. 87. 2. 3. o. & q. 88. 2. c. & q. 89. 3. c.

192 Peccatum veniale nullam proprie maculam cauſat in anima, ſed impedit actus virtutum, 12. q. 89. 1. o. & 3. q. 87. 2. ad 3.

193 Homo poteſt quandoque eſſe ſine peccato veniali in hac vita, ſed non diu, 3. q. 79. 4. ad 2.

194 Peccatum veniale non poteſt eſſe in non habente uſum liberi arbitrii, 3. q. 87. 2. c.

195 Peccans venialiter recidivat & ſimulat, ideſt fictus diſpoſitive, & imperfecte; non autem ſimpliciter, 22. q. 75. 2. ad 2.

196 Peccatum veniale non poteſt dimitti, quamdiu voluntas ad illud manet, 3. q. 87. 1. c. ad 1. & ad 2. & 3. ad 2.

197 Unus actus charitatis poteſt delere omnia venialia ſine actuali cogitatione eorum, 3. q. 86. 1. o.

198 Aliquid cauſat remiſsionem venialium tripliciter, ſcil. cauſando gratiam, ut omnia ſacramenta novæ legis, vel deteſtando peccata, ut confeſsio generalis, & oratio dominica, vel reverendo divina, ut benedictio epiſcopalis, quælibet unctio ſacramentalis, & hujuſmodi, 3. q. 87. 3. o.

199 Ingreſſus eccleſiæ conſecratæ delet peccata venialia, 3. q. 83. 3. ad 3. item q. 87. 3. c.

200 In quolibet genere peccati mortalis ſunt quædam peccata venialia, propter imperfectionem actus, 22. q. 35. 3. c. & q. 36. 3. c. & q. 162. 5. c.

201 Peccatum veniale diſponit ad mortale per ſe & per accidens, quia frequens venialium iteratio diſponit ad illam placentiam venialium, in qua conſiſtit peccatum mortale; eo quod ſecundum quod habitus ex conſuetudine generatur & augetur, ſecundum hoc delectatio & pronitas creſcit, 12. q. 74 4. ad 3. & q. 88. 3. 4. o. & 22. q. 24. 10. c. fin. & 12. ad 1. & q. 43. 7. ad 5. & q. 132. 4. ad 3. & q. 186. 9. c.

202 Veniale comparatur ęgritudini, mortale vero morti, 22. q. 72. 5. c.

203 Licet virtus ſecundum habitum non corrumpatur niſi per peccatum mortale, tamen actus ejus corrumpitur & impeditur etiam per veniale, 12. q. 89. 1. c. & 22. q. 133. 1. ad 2.

204 Peccatum mortale eſt contra præceptum Dei, non autem veniale, ſed eſt præter præceptum, 12. q. 74. 9. c. & q. 88. 1. ad 1. & 22. q. 105. 1. ad 1.

205 Veniale & mortale differunt genere, 12. q. 88. 2. c.

206 Veniale ex genere poteſt fieri mortale ex intentione, non idem numero, nec multa ſimul, 12. q. 88. 2. c. & 4. o. & 6. c. ad 1.

207 Conſenſus in veniale ex genere eſt veniale, 12. q. 74. 8. ad 2. item 9. c. ad 4. & q. 88. 5. ad 2.

208 Peccatum mortale poteſt fieri veniale per ſubtractionem, propter imperfectionem actus, 22. q. 88. 2. c. item 6. o.

209 Veniale & mortale differunt, ſicut reparabile & irreparabile, 12. q. 72. 5. c.

210 Per peccatum mortale omnino mens avertitur á Deo, ſed per veniale retardatur affectus hominis, ne prompte feratur in Deum, 3. q. 87. 1. 2. c.

211 Per quodlibet peccatum veniale vel mortale deordinatur voluntas hominis, per immoderatam converſionem ad bonum creatum, 3. q. 87. 1. c. & 2. ad 3.

212 Unum peccatum mortale poteſt oriri ex veniali, 22. q. 13. 4. ad 3. & q. 105. 1. ad 2.

213 Ante baptiſmum non poſſunt eſſe venialia ſine mortalibus, 12. q. 89. 3. 6. o. & 3. q. 90. 4. ad 3.

214 In ratione ſuperiori dupliciter poteſt eſſe peccatum veniale, ſcilicet quando conſentit in veniale ex genere, vel quando habet ſubitum motum infidelitatis ſine conſenſu, 12. q. 74. 10. o.

215 Ratio ſuperior, circa objectum potentiæ inferioris, ut ſenſualitatis, ſicut in delectationibus ſecundum carnem; non habet motum, niſi deliberatum; ideo ſemper eſt mortale, ſi ſit de mortali; non autem ſi ſit de veniali, 12. q. 74. 10. o.

216 Nullus debet peccare venialiter, ne alius peccet mortaliter, 22. q. 26. 4. c. ad 2. & q. 43. 7. ad 5. & q. 110. 3. ad 4.

217 Quilibet debet potius mori, & præeligere omnem pœnam in generali, quam peccare, non ſolum mortaliter, ſed etiam venialiter, 22. q. 110. 3. ad 4.

218 Unum veniale poteſt remitti ſine alio veniali, non autem ſine quolibet mortali, 3. q. 87. 4. o. & q. 90. 4. ad 3.

219 Veniale remittitur poſt mortem in purgatorio, quoad culpam & pœnam, non autem mortale, 1. q. 64. 2. c.

220 Quicquid fit in contemptum Dei, & quicquid in ſui ratione importat contemptum Dei, eſt peccatum mortale, 22. q. 38. 3. c. item q. 68. 3. c.

221 Nullus actus ſine conſenſu rationis eſt mortale, 12. q. 15. o. & q. 74. 5. ad 1. item 22. q. 35. 3. c.

222 Omnis actus humanus non relatus in Deum actu vel habitu ex parte agentis, eſt mortale, non autem ex parte actus, 12. q. 88. 1. ad 2.

223 Intendens peccare mortaliter ſemper peccat mortaliter, 22. q. 110. 4. c.

224 Actus peccati mortalis poteſt aliquando eſſe figura alicujus boni, 12. q. 88. 2. ad 2.

225 Cuicumque peccato mortali homo vult adhærere ſumens baptiſmum, dicitur fictus, fictione includente omne peccatum, 3. q. 69. 9. ad 3.

226 Omne quod fit propter mortale eſt mortale, 12. q. 88. 2. 4. 6. c. & 22. q. 110. 4. c. & q. 154. 4. c.

227 Omne quod eſt contra pręceptum Dei eſt peccatum mortale, niſi forte propter imperfectionem actus, 12. q. 74. 10. o.

228 Omne peccatum mortale eſt contra præceptum Dei, 22. q. 68. 3. c. fin. & q. 98. 3. b.

229 Aliquid dicitur peccatum mortale dupliciter, ſcilicet ſecundum ſpeciem ſuam, & ex cauſa ſua, 22. q. 154. 4. c. princ.

230 Non omne peccatum mortale directe contrariatur præceptis decalogi, ſed tantum injuſtitiam continens, 22. q. 148. 2. ad 1.

231 Quilibet agens contra debitum juſtitię peccat mortaliter, 22. q. 69. 1. c. & q. 70. 4. c.

232 Qui eſt in peccato mortali diligit habitualiter aliquid ſupra Deum, 22. q. 68. 3. c.

233 Omne peccatum mortale contrariatur charitati, non autem ſpei, vel fidei, 12. q. 71. 4. c. & 22. q. 24. 10. c. & 12. c. ad 4. & 3. q. 87. 1. c.

234 Omnis actus contra charitatem eſt peccatum mortale, 12. q. 87. 3. c. & q. 88. 2. c. & 22. q. 13. 2. c. & q. 35. 3. c.

235 Quælibet virtus ut virtus, ideſt informata charitate, expellitur per quodlibet mortale, non autem inquantum eſt habitus, 12. q. 63. 2. ad 2. & q. 65. 3. c. & q. 71. 4. o. & q. 73. 1. ad 2.

236 Per quodlibet mortale deperit quicquid virtuti debebatur, & omnia merita mortificantur, 22. q. 132. 3. ad 1. item 3. q. 89. 4. o.

237 Mortale quantum ad aliquid eſt ſimile ægritudini, & quantum ad aliquid eſt ſimile morti, & hoc eſt in quantum ſeparat á Deo, qui vita eſt animæ; ægritudini autem inquantum habitudo revocationis ad vitam & ſanitatem remanet in peccante, licet talis ægritudo, ideſt peccatum, de ſe inducat damnationem æternam, 12. q. 72. 5. c.

238 * Nullum mortale poteſt remitti ſine alio, quia omnia mortalia ſunt connexa in averſione, non autem in converſione, 12. q. 73. 1. o. & 3. q. 86. 3. o.

Pecunia intelligitur omne illud, cujus pretium æſtimari poteſt, 22. q. 78. 2. c. & q. 100. 2. 5. c. & q. 117. ad 2. & q. 118. 2. ad 2.

Non poteſt vendi in mutuo pro pecunia ampliori, quam ſit quantitas pecuniæ mutuatæ,